Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-187455-p0001-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-187455-p0002-4

Pr. 28. num. 39.
3.
15.
1716, 1.

DISSERTATIO JURIS PATRII
DE

# HOMINIBUS PROPRIIS HASSIACIS,

Von
# Heſſiſchen Leibeigenen/

QUAM,
D. O. M. A.
Sub Præſidio
IOHANNIS WILHELMI WALDSCHMIEDT,
U. J. D. PROFESSOR. JURIS & PHILOS. PRACT. ORDINARII,
*In Auditorio JCtorum*
Ad diem 2. Julij. M DCC XVI.
*Publicæ Eruditorum diſquiſitioni ſubmittet*
A. & R.
CHRISTIAN. FRIDERICUS GOY.

*MARBURGI CATTORUM,*
Typis PHILIPPI CASIMIRI MÜLLERI, Acad. Typ.

KÖNIGL. UNIVERS. ZU HALLE
T. 239

# *DISSERTATIONIS*
## De
# HOMINIBUS PROPRIIS HASSIACIS,
## *PRAEFAMEN,*
## *Argumenti Selectum & Partitionem continens.*

*Provida Juris Rom. diſpoſitio circa ſervos.*

JUris Romani ſapientia, toties, totiesque laudata, & à cenſuris iniquioribus vindicata, in eô vel maxime ſe oſtendit, dum per omnes Civitatis partes & ſingulas ſocietates, è quibus componitur, ſe diffundit; nec tantum nobiliora illius membra, ſed vilia quoque & abjecta illuſtrat, ac ſingulis æquabilem juſtitiæ normam præſcribere intendit. Ut alia nunc prætereamus, *ſervos* in ſua Rep. pro mortuis, imò pro nullis equi-

equidem æſtimat, eosdem quadrupedibus ferè annumerat, nec minus tamen providè cavet, ne quâ infami injuriâ afficiantur, manumiſſionibus modum ſtatuit, quæ jura ad libertatem proclamanti, quæve liberto competant, ſollicitè definit. Non defuerunt quidem Romanis multiplices turbæ & motus, qui à *ſervorum* multitudine, in ipſam Rempublicam æquè ac privatorum domos redundârunt; viciſſim tamen conſtat, bella ſervilia reliquaque mala, à corruptis moribus ac ſævitia dominorum potiſſimum ſuborta eſſe. Unde Seneca (*a*) cum proverbium retuliſſet; tot hoſtes domi, quot ſervi, *non habemus*, inquit, *hoſtes*, *ſed facimus*. Ipſæ verò Leges, in quantum ſtatui ſuæ Reipublicæ ſatis accommodæ, promerita laude propterea non defraudandæ.

*In Germania ſingulari veneratione quidem excepta.*

II. Factum inde, ut cum reliquo Jure Juſtinianeo, & Leges *ſervis* & *libertis* Romanorum olim præſtitutæ, ſingulari veneratione apud noſtrates exceptæ fuerint. Et quamquam JCti, quos ex Italia Germani accepimus, vel inviti agnoverint, inſtituta ac jura Romana circa ſervos, Germaniæ moribus haud æque convenire: id quod vel ſola *hominum propriorum* appellatio, tum temporis ſubnata, ſatis indicat. Deinceps tamen communis illa perſuaſio invaluit, ac ſi recepto Jure Romano, omnem Majorum noſtrorum Legislationem, perpetuo exilio damnaſſemus: & mores ritusque, quibus olim barbara Gens ipſis moratioribus invidioſâ laude præfulſit, ſic ſemel aboliti, æternâ nocte premantur. Unde com-

*Tandem tamen moribus Germ. haud æque conveni re vel ſola ap-*

plu-

(a) *Epiſt. 47.* Add. FLORUS *Lib. III. cap. 12. ibique* FREINSHEMIUS *in notis.* FORSTNERUS *ad Taciti Annal. Lib. XIV. Cap. 4.*

plures JCti in alterum extremum prolapſi, ſervitutem Germanis omni tempore incognitam fuiſſe, aſſerere non dubitârunt, eundemque errorem ad poſteros propagârunt. Prout verò inveterata illa opinio, animis hominum altius inſeſſa, ſerò, renatis bonis literis, & Hiſtoriarum luce affulgente, demum exui cœpit. Ità & ſcripta, quæ de ſtatu ac jure *hominum propriorum* in Germania, magno numero prodiêre, non unius ejusdemque ponderis eſſe, res ipſa loquitur. Ex antiquioribus, qui profeſsâ operâ materiam hanc excolere tentârunt, celebritate conſpicui ſunt *Friderici* HUSANI, *Hyppoliti* BONACOSSÆ, & *Jonæ Eucharii* ERHARDI Tractatus de *ſervis*, *hominibus propriis & famulis*. (b) Enimverò quàm parum hi omnes, incertis partim, partim alienis principiis innixi, concluſionibus ſuis ad res Germaniæ illuſtrandas contulerint, quilibet iis inſpectis facile agnoſcet.

*pellatio* Hominum propriorum *indicat.*

III. Solidioribus præſidiis inſtructi, eandem operam recentiori ætate aggreſſi ſunt, duo maximi nominis & meriti JCti, Johann Hermann. STAMM, *Auguſt. Cameræ Imperialis quondam Aſſeſſor*, & David MEVIUS *Syndicus Stralſundenſis, ac dehinc Regni Suecici ſummi Tribunalis, quod Viſmariæ, Vice-Præſes.* Ille quidem edito tractatu de *Servitute perſonali*, (c) in cujus *præfatione* diſertè profitetur, *pleroſque ſibi falsò perſuadere, ſervitutis antiquæ uſum in noſtrâ Rep. penitus expirâſſe.* Hic

*Recenſentur Scriptores de* Hominibus propriis, *cum ſuis meritis.*

 verò

(*b*) Junctim editi Gieſſæ 1663. cura TABORIS, cujus Diſſertatio ejusdem argumenti, eodem tempore prodiit.

(*c*) Tertia vice recuſum cum Tractatibus *§. præced. allegatis* Francofurti 1699.

verò im Bedencken über die Fragen / von dem Zuſtand / Abforderung und verwiederter Abfolge der Bauersleute: (d) ubi ſtatim ſub initium operis in hæc verba diſſerit: Es ſeye der mehrere Theil derjenigen / ſo den Titul eines Rechts-Gelahrten ſich anmaſen der Unarth / daß wann ſie von denen Dingen und Gewohnheiten / ſo in Teutſchland ſich heutiges Tages begeben urtheilen ſollen / auff des Römiſchen Reichs vor Alters gemachte Satzungen allein ſehen. Und dieſes geſchehe auch in der materie ſo die Bauersleute / die man heut zu Tag findet / angehe. ꝛc. Utrumque tamen, iſthâc profeſſione non obſtante, pleraſque aſſertiones ſuas ex LL. Rom. & Gloſſatoribus, vix ullas ex antiquitatibus Germanicis adſtruere; tùm & in eo errare, quod non obſcurè ſupponant, ac ſi Jura Germanica ab inſtitutis Romanorum diverſa, Juris Juſtinianei diſpoſitionem mutaverint, cum tamen hoc ipſum, eô intuitu in hac materia nunquam receptum fuerit, Viri Docti §. ſequ. allegati obſervârunt. Plurimum quoque lucis huic argumento fœneraturæ eſſent, ſi quando prodirent, *Friderici* LINDENBROGII, *Erpoldi Filii*, eruditæ meditationes; nulli enim dubitamus, quin apparatus ille locupletiſſimus, ad opus Hiſtorico-Politicum de *veterum ſervis*, quem inter alia inedita ipſius ſcripta Hamburgi in Bibliotheca Johannea latere, Cel. FABRITIUS (e) memorat, plurima antiquitatum Germanicarum monumenta contineat. GOLDASTUS equidem

(*d*) Prodiit Stralſundi 1645. recuſum Viſmariæ 1685. in 4.

(*e*) In *Præfatione Erpoldi Lindenbrogii Scriptor. Septentr.* præmiſsâ.

dem (f) peculiare ſcriptum promiſerat *de ſervitute Germanorum antiqua & nova*, idemque opus *Udalricum* ZASIUM ſuſcepiſſe conſtat, ſed horum expectatio dudum intercidit.

IV. Ex quô verò inde ab aliquot luſtris, detersâ magis magisque veteris ævi caligine, patria Jura majori ſtudio excoli, & è fontibus genuinis derivari cœperunt, non defuerunt huic argumento Viri doctiſſimi, qui ſingula majorum noſtrorum inſtituta, huc pertinentia ad liquidum perducere, omni contentione allaborârunt. Hos inter primo loco memorandus *B. Dn.* HERTIUS, cujus Diſſertatio de *Hominibus propriis* (g) ſolidâ eruditione referta, noſtrâ qualicunque commendatione non indiget. Eandem *Illuſtris* THOMASIUS in Obſervationibus Hallenſibus (h) recenſuit, ſimulque erudita quædam dubia movit, ac ulteriori diſquiſitioni expoſuit. Prodiit eodem tempore ſub Ipſius præſidio, *Diſſertatio Juridica conjecturas exhibens de hominibus propriis & liberis Germanorum* (i) Abhinc *Joachimus* POT-

(*f*) In notis ad *Burkhardi Caſus Monaſterii S. Galli Cap. VII.*

(*g*) *Opuſc. Tom. I. Volum. 2.*

(*h*) *Tom. IV. Obſerv. XI.* Cui jungenda Diſſert. *de Jure dandæ Civitatis §. 32.* ubi fontes aperit, unde dubiorum iſtorum deciſio petenda.

(*i*) Eam pro ſpecimine inaugurali *Conſultiſſ. D. Hieronymus* VON DER LAHR *J.U. Lic. Francfurtenſis*, *anno 1701.* Halæ publici juris fecit; rogandus omninò, ut pro ſolida eruditione ſua, & inſtructiſſima, quam poſſidet, Bibliotheca, telam inibi cœptam pertexere velit.

Potgieser, ut alter *Trebatius Teſta*, calamo gladioque validus (k) *de conditione & ſtatu ſervorum apud Germanos tam veteri, quam novo libros tres* edidit, quibus, memoratis, Virorum Celeberrimorum, veſtigiis inſiſtens, ex priſcis Germ. Legibus, diplomatibus, formulis, tum & gloſſariis aliisque monumentis medii ævi, doctrinam hanc à veterum erroribus repurgare inſtituit. His omnibus prælaudatus Dn. Thomasius tres Diſſertationes non ita pridem addidit, *de uſu practico* non ſolum *diſtinctionis hominum in liberos & ſervos, ingenuos & libertinos*, ſed & *doctrinæ de impedimentis manumiſſionis.*

*Propoſiti explicatio.*

V. Quemadmodum verò *hominum propriorum* in ſingulis Germaniæ Regionibus non una eademque eſt conditio; ità non obſtantibus ſcriptis, longa ſerie hactenus enumeratis (ceu quibus univerſales Germaniæ mores potiſſimum obverſantur) operæ pretium reputavimus, in *ſtatum & jura hominum propriorum in Haſſiâ* ſpecimine Academico ſpecialius inquirere. Præſertim quod materiæ de hominibus propriis in genere, illuſtramenti nonnihil inde accedere poſſe videretur. Neque tamen omnia ea huc conducemus, quæ ex antiquitatibus Germanicis ab aliis dudum prolata. Quin potius in argumento ſelecto ità verſabimur, ut tribus ſubſequentibus ſectionibus *I. De origine ſervitutis in Haſſiâ. II. De illius progreſſu. III. De ſtatu & Jure hominum propriorum hodierno* dicamus, non equidem quantum dici poteſt, fortaſſe tamen, quantum debet.

*CAPUT*

(k) Cum enim anno 1707. hunc tractatum ederet, in præſidio Bonnenſi Sub-Centurionis partes ſuſtinuit.

# CAPUT I.

## De Origine ſervitutis in Haſſia.

§. I.

*Origo Servitutis in Haſſia à Cattorum institutis repetitur.*

DE origine *ſervitutis* in Haſſia primo loco diſſerturi, ad *Cattos*, Majores noſtros, inter veteres Germaniæ populos, numero, ac robore virorum validiſſimos, eorumque inſtituta meritò aſcendimus. Hi ipſi quidem nunquam alienigenam dominum agnoverunt, nunquam ſervile jugum ſubiêre, arma Romanorum ſenſerunt, dominationem verò non æquè. De acerrimo libertatis ſtudio, quo ingenui *Cattorum*, reliquis Germaniæ populis haud conceſſerunt, memorabile teſtimonium nobis conſervarunt *Excerpta Conſtantini Porphyrogenetæ* ab H. VALESIO edita, in quibus (a) ex Dione Coccejano ſequentia leguntur: Τῶν Χάττων, αἱ γυναῖκες καὶ τῶν Ἀλαμάννων ȣ̓ μὲν ὅσαι γε καὶ ἑάλωσεν δȣλοπρεπὲς τι ὑπέμεινα ἀλλὰ πυθομένȣ τȣ̃ Ἀντωνίνȣ πότερόν ποτε πραθῆναι ἢ φονευθȣ̃ναι βούλονται τȣ̃θ᾽ ἕιλοντο ἔπειτά, ἀμπεμπωληθεῖσαι πᾶσαι μὲν ἀυταὶ ἑαȣτὰς, ἐισὶ δε ἅι ϗ τὰ παιδία ἀπέκτειναν. *Cattorum & Alamannorum uxores, & ſi quæ aliæ captæ fuerant, nihil ſervile pati ſuſtinuerunt: ſed interrogatæ ab Antonino* (Caracalla) *num venundari, quàm occidi mallent, hoc præoptârunt; poſthac verò ſub corona venditæ cum fuiſſent, non modo omnes ſibi manus attulerunt, ſed quædam etiam filios jugu-*



(a) *pag. 850.*

*jugulârunt*. (b) Eo autem non obſtante & *Cattos* reliquorum Germanorum exemplo *ſervos* habuiſſe, quorum miniſteriis uſi fuerint, nemo facile ambiget, & ex infra dicendis pluribus apparebit. Et quamquam apud Scriptores, qui res noſtratium iſthôc ævo conſignârunt, de *ſervis* veterum *Cattorum* ſeorſim, vix quidquam reperiatur. Nulli tamen dubitamus aſſerere, ea quæ TACITUS de populis Germaniæ, eorumque inſtitutis in genere memoriæ prodidit, *Cattos* noſtros vel maxime attinere. In quanta enim exiſtimatione, Gens hæc, ob virtutem & fortitudinem bellicam apud Romanos fuerit, ipſorum monumenta paſſim loquuntur. Audiamus modò ſingulare illud præconium, ſub quo *Cattorum* mores idem TACITUS deſcribit: (c) *Duriora*, inquit, *Genti corpora, ſtricti artus, minax vultus, & major animi vigor. Multum (ut inter Germanos) rationis ac ſolertiæ: præponere electos, audire præpoſitos, noſſe ordines, intelligere occaſiones, differre impetus, diſponere diem, vallare noctem, fortunam inter dubia, virtutem inter certa numerare; quodque rariſſimum, nec niſi ratione diſciplinæ conceſſum, plus reponere in Duce, quam in exercitu. Alios ad prælium ire videas, Cattos ad bellum, &c.* Ut pro-

(*b*) Non equidem ignoramus, VALESIUM *in notis ad d. l.* obſervaſſe, quod XIPHILINUS eadem de *Cennorum* mulieribus referat; Verum ut propterea DIONI fidem detrahamus, nulla apparet cauſa, cum eodem libertatis ſtudio & aliæ gentes Germ. flagraverint, & ſic eadem ratione extrema potius tentare, quam ſervile jugum ſubire potuerint.

(*c*) *De M. G. Cap. 30.* ubi COLERUS *in notis*, *Alberto* KRANTZIO *in præf. Saxoniæ ſuæ* hæc talia Saxonibus, non ſine arrogantia, vindicanti, ſatisfecit.

proinde non ambigendum ſit, prælaudatum ſcriptorem in delineandis Germanorum moribus, ad Cattos, quorum tanta apud Rom. celebritas, vel maxime reſpexiſſe. Accedit quod Germaniæ populi, in moribus & inſtitutis, ſibi ferè ſimiles fuerint; ſic, quando JULIUS CÆSAR uno in loco mores Suevorum (ſub quibus *Cattos* comprehendit) ſe deſcribere profitetur, ex alio loco apparet, eadem & reliquis Germaniæ populis convenire. (d)

*Dubia à Frehero circa originem* Haſſorum, *mota referuntur.*

II. Hæc omnia verò ad thema propoſitum parum conferre, facile agnoſcimus, ſi ſingularis illa opinio, qua decus fortiſſimæ Gentis poſteros ſe dicendi, popularibus noſtris abjudicare voluit *Marquardus* FREHERUS, cum rei veritate conveniret. Aſſeruit ille, in ſchediaſmate Hiſtorico, ſub perſonato nomine WEIRICH Wettermanns ſuperiori ſeculo edito, (e) *Haſſos* hodiernos, ab antiquis *Cattis* minimè omnium deſcendere, ſed his dudum deletis, illos advenas eſſe cujuscunque demum originis, & terras, quas hodie tenent, recentiori demum ævo occupaſſe. Cum itaque hæc quaſi præjudicialis quæſtio ſit, argumenta *Freheri* huc conducere, & ſub examen revocare, non abs re erit. Et primo quidem pro fundamento ponit, inſignes mutationes



*(d)* Vid. CLUVERIUS *Lib. I. Cap. XIII.*

*(e)* Titulus eſt: Hiſtoriſcher Bericht / von der Wetterau / Rinckau / Weſterwald / Lohngau / Hayrich und andern an das Fürſtenthum Heſſen gräntzenden Landen. Wie es vor Alters und jetziger Zeit mit denſelben beſchaffen und wie ſie abgeſonderte Regiones und Stände geweſen / und noch ſeyen / durch Weyrich Wettermann aus der Wetterau / Franckfurth / 1608.

nes illas, quas Germaniæ populi, inde ab omni ævo ſubierunt; quando non ſolum ea humanarum rerum conditio eſt, ut Civitatum ſtructura & compages, firmiſſimis etiam rationibus ſubnixæ, non ſemper eodem loco perſiſtant: Sed & nominatim de Germaniæ populis conſtat, eos inopiam ad ſedes mutandas pronos cupidosque ipſam opum rationem expeditos, reddidiſſe; tum & mutuis bellis integras etiam nationes conſumtas deletasque fuiſſe. Deinde *Cattos* in ſpecie, quod attinet, ſilentium Scriptorum Romanorum ſequioris ævi potiſſimùm urget, & in hæc verba diſſerit: Dieſe Gelegenheit hat es auch mit obgemeldten Cattis, wie auch den Chaucis gehabt/ welche wann ſie noch ſo groß und mächtig/ auch noch ſo ſtreitbar und tapffer geweſen wären/ dennoch unter den andern Germanis ſich allgemach/ und dergeſtalt verlohren/ daß man bey den letzten Scriptoribus Romanis, als Ammiano Marcellino, Eutropio, Zoſimo, Panegyricis, mit keinem Wort mehr derſelben Meldung findet; ohne Zweiffel/ dieweil andere Völcker/ ſonderlich die Alemanni, und Franci, ſich erhaben/ herfür gethan/ und umb ſich gegriffen/ von welchen die Catti und andere auffgefreſſen/ gedämpfft/ und ihre Nahme in acceſſionem validioris convertirt worden. Tertio loco ab etymologia nominis argumentatur, eo quod communis opinio ſit, Comitatum Catzenellenbogen à *Catti-Mellibocis* nomen retinuiſſe, & veras atque primævas Cattorum ſedes in iſtis locis fuiſſe, hæc omnia verò, cum nomine der Heſſen/ quoad etymologiam Germanicam parum conveniant. Denique ad B. RHENANI

(f) vi-

(f) viri in hiſtoria patria verſatiſſimi, aliorumque teſtimonia provocat, quibus, eadem ſententia ſe probaverat. Ex his omnibus verò infert, antiquiſſimas *Haſſorum* res, non ex Romanis, Græcisve, ſed Patriis Scriptoribus unicè petendas eſſe; quales, cum Germania ſero dehamum acceperit, inde factum eſſe, ut prima, quæ hactenus produci potuerit, *Haſſorum* mentio, in *Epiſtolis D. Bonifacii* deprehendatur, quarum una *à Gregorio III. P. R.* ad gentes Germ. his in oris habitantes, circa annum 738. emiſſa, hâc epigraphe: *Gregorius Papa univerſis optimatibus, & populo provinciarum Germaniæ, Thuringis & Heſſis, Bortharis, Niſtreſis, Wedrevis, & Lognais, Sudnoſis & Grabfeldis, vel omnibus in orientali plaga conſtitutis.* (g)

*Iisdemque reſpondetur.*

III. Enimverò, hæc talia gratìs conficta, & *Freheriano* nomine planè indigna eſſe, quis non videt? Primum enim, quod attinet, cœtus, ac conſociationes civiles facile immutari, in tanta exemplorum frequentia, nemo unquam in dubium vocavit: viciſſim tamen conſtat, ad hoc ut civitas mutata, nec amplius ſupereſſe dicatur, de Jure Gentium requiri, ut ipſa illius compages & pacta, quibus coaluerat, planè diſſoluta ſint. Proinde civitatem, eandem eſſe haud deſinere, ſi vel maxi-



(f) *Lib. I. Germ. vet. pag. 57.* ſcribentis: *Arbitror, advenam Haſſorum nationem, ex ulteriore Germania, partim Cattorum veterum ſedes occupâſſe, qui vel bellis erant abſumpti, vel cum Alemannis, in Martianam ſylvam conceſſerant.* In eandem ſententiam allegat ALTHAMERUM *ad Tacit. pag. 35. Franciſcum* IRENICUM *Lib. IX. cap. 10. Jacob.* CURIONEM *de Orig. Francor. pag. 159.*

(g) Apud LEZNERUM *Epiſt. D. Bonifacii. num. 37.*

me nova & à veteri diverſa regiminis forma inducta, aut modus habendi imperium immutatus ſit; multò minus ſi in accidentalibus aliqua mutatio accedat, circa nomen puta, aut inſignia, ſi fines proferantur latius, aut coarctentur, civium numerus creſcat vel decreſcat, modo tot remaneant, quot ad civile corpus ſufficere poſſint, & in reliquis, jure ſociata communitas integra perſiſtat. Imò ſi contingat, civitatem, una quæ fuerat, dividi, plura tunc, pro uno, ſumma imperia ſiſti, cum jure ſuo in partes ſingulas. (h) Inter omnes quoque in confeſſo eſt, promiſcuam illam migrandi libidinem, quæ Germaniæ gentes quondam invaſerat, miram rerum & hominum confuſionem quidem excitâſſe; inde tamen inferri nequit, nullam in ea ſupereſſe regionem, quam etiamnum indigenæ colant. Conſtat potius, plures Germaniæ populos in priſtinis ſuis ſedibus perſtitiſſe, & ſi vel maxime fines prolataverint, terram ſuæ originis propterea non dereliquiſſe. Jam *Cattos* ſeorſim quod attinet, eosdem fortiſſimis Germaniæ populis annumeratos, libertatem ſuam, contra Romanos, ipſorum adventu non ſemel trepidantes, (i) acerrimè defendiſſe, ſupra audivimus. Et quamquam populi nonnulli, è *Cattorum* progenie oriundi, alibi ſedes quæſiverint & invenerint; ex finibus etiam, prout à TACITO (k) deſignantur, appa-

reat

(*h*) Vid. GROTIUS *de J. B. & P. Lib. II. cap. 9.* PUFENDORF. *de J. N. & G. Lib. VIII. Cap. 12.*

(*i*) TACITUS *Annal. Lib. XII. Cap. 27.*

(*k*) *De M. G. Cap. 30. ubi Commentatores.* Add. Illuſtr. LEIBNITIUS *Tom. I. Script. Brunſvic. pag. 157.* SCHATEN *Lib. I. Hiſt. WWeſtph. pag. 9.* Monumenta Paderborn. *pag. 158.*

reat quam latè iidem imperitaverint, unde proverbium ortum, *ubi Cattus vincit, ibi habitat:* Eosdem tamen non alibi, quam in Haſſia, quâ hodie patet, primariam ſedem habuiſſe, inde luculenter apparet, dum fluvium *Adranam*, Haſſiam perlabentem, accoluiſſe, (l) & *Mattium*, Gentis caput extitiſſe, (m) idem auctor memoriæ prodidit. Ex quo verò complures Germaniæ populi, in commune Francorum nomen, validiſſimamque Gentem illam, cujus auſpiciis univerſa denique Germania unum civile corpus conſtituere cœpit, tranſiverunt, illos inter *Cattos* non poſtremos fuiſſe, nemo eſt, qui neſciat. Et quamquam priſtinum ipſorum nomen, ne ſic quidem planè extinctum fuerit, (n) attamen progreſſu temporis minus frequentatum, & recens Francorum nomen magis invaluit. Non ſolum, quod Romanis cum Alemannis & Francis plus commercii eſſet, (o) ſed & quod ipſi Germaniæ populi, novum iſtud nomen affectaverint, in eoque ſingularem prærogativam ſerò adhuc

(*l*) TACITUS *Annal. Lib. I. Cap. 56.*

(*m*) Non alibi certè quam in Haſſia noſtra quærendum, ſive cum HERTIO *G. A. P. II. Cap. 2. §. 9.* LIPSIO *ad Tacit. d. l.* CLUVERIO, *G. A. l. III. c. 7. Marpurgum* noſtrum Inde ſurrexiſſe dicas, ſive id ipſum in Haſſiam inferiorem circa fluvium *Æderam*, in vicinia *Gudensbergæ*, cum WINCKELMANNO *Hiſt. Haſſ. Lib. I. cap. 3.* & aliis, rejicere placeat.

(*n*) Pertinet eò *Sulpicii Alexandri* locus apud *Gregor. Turon. Lib. II. cap. 9.* & alia, quæ allegat HERTIUS d. l. in quibus promiſcuè adhuc, mox *Franci*, mox *Catti* dicuntur.

(*o*) Conf. *Ezechiel* SPANHEMIUS *de præſtantia & uſu numiſmat. pag. 751.*

huc quæſiverint. (p) Ut proinde decora Francici imperii & præclara Francorum geſta *Cattis* vel maximè debeantur; ſicque ex eo, quod ipſorum nomen apud Scriptores Rom. ſequioris ævi, non amplius occurrat, ſed novo Francorum nomine quodammodo abſorptum fuerit, Gentem iſtam, in acceſſionem validioris ità converſam eſſe, ut planè interierit, inferri nequeat. Denique *Haſſorum* nomen, quod deinceps denuò invaluit, cum nomine *Cattorum* unum idemque eſſe, demonſtratu facillimum eſt; Ut enim de etymo nominis, jam non dicamus (q) poſtquam Francorum regnum longe lateque protenſum fuit, populi ſub illo comprehenſi, ſpecialibus appellationibus denuò diſtingui cœperunt, & cùm antea noſtrates *Catti* ſive *Chatti* & *Chaſſi* (r) dicerentur vicinitate ſoni, & leviſſima transmutatione literarum (ut ipſe FREHERUS diffiteri haud potuit) aſperitate linguæ paulum fortè mitigata, *Haſſorum* nomen ſubortum fuit. Indeque à WITTEKINDO Haſſigani, ab AIMONIO *Aſſi* vocantur; & *Pagi Haſſegum*, *Haſſi ſive Haſſiæ*, ſub quo deſcripti, frequens apud Scriptores medii ævi occurrit mentio; (s) Auctoritates, ad quas FREHERUS provocavit,

(*p*) Pertinet eò, quod in diplomate Grumbergenſibus anno 1272. dato, apud WINCKELMAN. *Hiſt. part. I. cap. 1.* legitur; *dixiſſe cives, ſe Francos eſſe, & ideo Francorum jus ſortitos eſſe.*

(*q*) De quo diverſas Dd. ſententias exhibet WINCKELMAN. *Hiſt. Haſſ. p. 1. cap. 3.* LEIBNITIUS *Tom. I Scriptor. Brunſvic. d. l.* unde ſimul iis, quæ *Freherus* de Cattimelibocis injicit, facile ſatisfieri poteſt.

(*r*) Vid. Ægidii BUCHERII *Belg. Rom. Lib. I. cap. 14. §. 8.*

(*s*) Loca exhibet HERTIUS *Notit. G. A. p. 2. cap. II. §. 9.*

cavit, in defectu probationis: rem non conficiunt. (t) Et quamquam W. Lazius (u) ex epiſtola quadam Oſtro-Gothorum Regis *Theoderici*, ſeculo quinto ad *Heſſos* perſcripta, (x) in qua *ipſis gratias agit, pro ſuccino transmiſſo*, jam olim probare conatus fuerit, *Heſſos* littora maris Baltici, ubi hodie Boruſſia & Livonia, accoluiſſe, indeque digreſſos, *Cattorum* ſedes occupâſſe: dudum tamen Cluverius (y) aliique evicerunt, epiſtolam iſtam ſuſpectæ fidei, aut certè *Heſſos* cum *Æſtiis* vel *Beſſis*, vitio ſcripturæ commutatos eſſe.

IV. His ità præſtructis, in viam, unde digreſſi ſumus, redituri, de conditione *ſervorum* apud *Cattos*, Majores noſtros, jam porrò diſpiciemus. Hanc ipſam verò non aliunde melius cognoſcemus, quam illô Scriptore conſultô, quô meliorem & accuratiorem non habemus, cujus aureus libellus *de ſitu, moribus & populis Germ.* reliqua omnia, quæ in hoſtico de rebus noſtris prodierunt, antecellit. Id ut tantò rectius fiat, licebit ſimul paraphraſin verborum Taciti, à ſupra laudata Diſſertatione,

*Conditio ſervorum apud Cattos qualis fuerit, Taciti verbis exponitur.*

C *con-*

(t) Idem dicendum de ſingulari H. Conringii ſententia, *Epiſt. IIX.* ſcribentis, *forte non difficile probatu eſſe, non tam Haſſos, quam illos ipſos, qui poſt orientales Franci, nunc ſimpliciter nobis Francken vocantur, Cattos olim nuncupatos.* Cui ſatisfecit Hertius *Notit. Franc. cap. I. §. 5. in not.*

(u) *De migrat. Gent. Lib. V. pag. 366. 367.*

(x) Extat illa apud Cassiodorum *Variar. Cognit. Lib. IX.*

(y) *G. A. Lib. III. cap. 44.* Albini Meißniſche Berg-Chronick *Tit. XIII.* Winckelman *Hiſt. Haſſ. p. 1. cap. 2.*

*conjecturas de hominibus propriis, & liberis Germ.* exhibente, mutuari, & ad uſus noſtros, in quantum ſeries dicendorum poſcit, huc transferre. Et primo quidem loco, cautelam, in lectione & interpretatione iſtius libelli, perneceſſariam, in memoriam nobis revocamus: primariam, ſcilicet, TACITI intentionem fuiſſe, comparare mores Rom. & Germanorum, ipſumque adeò non tam omnes Germ. mores deſcribere voluiſſe, quam potius differentiam eorum, à moribus Rom. indicare, indeque docentibus ſingulis fere paginis, alterum mentis oculum ad ſuos, alterum ad Germanos perpetuò ipſum intendere. (z) Ità verò de ſervis eoque pertinentibus Germ. moribus: (a) *Dominum ac ſervum, nullis educationis deliciis dignoſcas* (ut apud Rom. nam præterquam, quod ſua quemque mater uberibus alit, ut in verbis proxime præcedentibus dixerat: inſuper) *inter eadem pecora in eadem humo degunt* (id quod ad converſationem diurnam liberorum ingenuorum commode referri poteſt) *donec ætas* (adultior) *ſeparet ingenuos* (à ſervis, ac bellica) *virtus agnoſcat* (vel omnibus agnoſcendum præbeat, maximam eſſe differentiam apud Germ. inter liberos & ſervos). Pergit in ſequentibus: (b) *Aleam quod mirere* (ſecundum mores Rom.) *ſobrii inter ſeria* (quam Rom. è contrario vel ebrii vel inter ludicra) *exercent, tanta lucrandi perdendive temeritate, ut, cum omnia defecerunt, extremo ac noviſſimo jactu, de libertate & de cor-*

(z) Vid. *d. Diſſert. §. VI.*

(a) *Cap. 20. de M. G.*

(b) *De M. G. Cap. 24. & 25.*

*corpore contendant. Victus voluntariam ſervitutem adit* (&) *quamvis junior, quamvis robuſtior* ( non reſiſtit tamen, ſed ſponte) *alligari ſe, ac venire patitur. Ea eſt in re prava pervicacia,* (ſecundum mores Rom.) *ipſi fidem vocant. Servos conditionis hujus per commercia tradunt, ut ſe quoque pudore victoriæ exſolvant. Cæteris ſervis* (in bello captis) *non in noſtrum morem, deſcriptis per familiam miniſteriis utuntur* ( talia enim ipſi, tanquam gens barbara, apud quam nec tantus luxus, non habent ) *Suam quisque ſedem, ſuos penates regit* (id eſt, præeſt, uxori ac liberis, & ſuum agrum, à domino ſibi aſſignatum poſſidet; quod enim penatum mentio hîc & cap. 15. incogitanter Tacito exciderit, ex cap. 9 apparet.) *Frumenti* (vel ex agris domini per operas parandi, vel ex agro proprio domino dandi) *modum dominus* (ipſi ſervo dicit. Eadem eſt ratio) *aut pecoris aut veſtis* (nam & pecudes cuſtodit, prout dominus ſtatuerit, & veſtes ipſi facit, prout voluerit; vel de bonis propriis, domino pecora & veſtes dat, ſecundum domini beneplacitum. Qua in re ſervus Germ. aliquo modo colonis Rom. ſimilis eſt, dum iſta ſervo dominus) *ut colono injungit, & ſervus hactenus* (ſaltem) *paret* (in reliquis autem negotiis, ſuas actiones proprio ex arbitrio, ſi modo quod tempus ſupereſt, dirigit.) *Cætera domus officia* (culinaria & ſimilia, quoniam pauca ſunt, &, pro ſimplicitate gentis, fere nulla) *uxor ac liberi exequuntur. Verberare ſervum, ac vinculis & opere coërcere* ( quamvis liceat dominis, apud Germ. non minus, quam Rom. quia tamen non in iisdem ædibus degunt, Germani etiam, domini benigniores ſunt, & ſervi ob ſimplicitatem vitæ ad tantam nequi-



tiam

tiam non facile irritantur, valde eſt) *rarum. Occidere* (quidem) *ſolent* (quandoque ſervos: ſed hoc non faciunt ex animo deliberato, uti apud Rom. moris erat: igitur id fit) *non diſciplina & ſeveritate, ſed impetu & ira ut inimicum* (ſi forte eum objurgaverint, & ſervus factis, aut verbis, minus humilibus & ruſticis, dominum irritaverit) *niſi quod* (in hoc conveniant mores Germ. cum moribus Rom. illius temporis, quod dum ſervos interficiunt) *impunè* (faciant.)

*Adduntur nonnulla, de ipſorum libertis.*

V. De libertis Germanorum, eodem contextu addit: *Liberti Germ. non multum ſupra ſervos ſunt,* (ut adeò liberis hominibus adſcribi vix mereantur. Nam) *raro aliquod momentum in domo, nunquam in civitate* (peragunt. Sed in domo, cum uxoribus & liberis curam agrorum domeſticorum gerunt, aut etiam frumenti vel pecoris modus, ipſis, â dominis, ut colonis injungitur, moderatius tamen, quam ipſis ſervis; in civitate verò nunquam pro civibus habentur, nec ad deliberationes de negotiis communibus, in comitiis admittuntur.) *Exceptis duntaxat iis gentibus, quæ reguntur. Ibi enim & ſuper ingenuos & ſuper nobiles aſcendunt* (gratia principis, prout & apud Rom. frequenter accidit) *apud cæteros* (vero Germ. populos, libertis hiſce) *impares libertini* (qui hîc ſynonimice cum libertis ſumuntur) *libertatis* (ſaltem) *argumentum* (vel umbra) *ſunt* (ut olim apud Rom. ſervi dedititii.)

*Ex verbis hactenus relatis, infertur, vetuſtiora illa,*

VI. Quod hactenus expoſita verba Taciti, ad quæ toties ab aliis provocatum, & huic noſtræ commentationi inſerta ſint, tanto minus otioſum videri poterit, quo

quo certius, iisdem non ſolùm omnem *ſervorum* conditionem, prout antiquiſſimo ævo ſe habuit, exprimi; ſed & illud exinde confirmari, quod accuratior vetuſtiorum illorum cognitio, ad dignoſcendum *hominum propriorum* ſtatum, in quo hodie vivunt, haud exiguum uſum habeant. Quemadmodum enim plurima alia inſtituta, quibus antiquiſſimi Germaniæ populi, in ſeparatis & disjunctis olim provinciis uſi, iidem deinceps quoque retinuerunt, cum à Francis in unum corpus cogerentur; ità idem quoque circa *ſervos*, quos habuerunt, contigiſſe, ex infra dicendis plenius apparebit. Illud interim vel maxime notamus, *ſpontaneam deditionem & captivitatem*, primarios *ſervitutem* conſtituendi *modos*, apud majores noſtros fuiſſe, ſicque conſtitutam ſervitutem, in progeniem ſervorum tranſiviſſe: ipſos quoque *ſervos* in duplici differentia fuiſſe; alii enim ſervitutem ſerviebant, poſtquam alea & luſu libertatem perdiderant, & ſe quaſi vendiderant, quorum tamen non ſtabilis fuit poſſeſſio, ſed domini ſolebant eos per commercia alienare, ut ſe quoque pudore victoriæ exſolverent; reliqui vero miniſteriis familiæ adſcribebantur, in pecuaria, agricultura & venatione fere unicè conſiſtentibus (c) Atque adeò hi ipſi Germanorum *ſervi* non alii fuerunt, quàm quos *ruſticos* & *agricolas* hodie vocamus. (d)

*non omni uſu deſtitui, tum & quætuplices ſervi fuerint.*

 VII.

(*c*) Neque enim alia miniſteria ſervorum domeſtica, Romanis uſitata, quæ *Laurentius* PIGNORIUS peculiari tractatu expoſuit, ſimplicitati gentis, ut ſupra audivimus, conveniebant.

(*d*) Conf. *d. Diſſert. de Hom. propr. & lib. Germ.* §. 72. CLUVERIUS *Lib. I. cap. XV.* §. 4.

*Apud* Cattos *non minus, quam reliquas Germ. gentes agriculturæ uſus fuit, eaq; ſervis potiſſimum committebatur.*

VII. Quando autem ea, quæ TACITUS de *ſervis* Germanorum in genere memoravit, iis, quos *Catti* habuerunt, in ſpecie vendicamus, non ſine ſpecie aliquâ, nobis objici poſſet, quod *Cattis*, eodem auctore (e) teſte, *nulli domus, aut ager, aut aliqua cura fuerint*, proindeque, quæ modo de miniſteriis *ſervorum* ruſticis adduximus, iisdem parum conveniant. Enimverò, quæ hîc de *Cattis* TACITUS, eadem de Germanis in univerſum STRABO (f) dixit, eos *neque agrum colere, neque fruges recondere.* Et ipſe TACITUS de iisdem alio in loco (g) ait: *nec arare terram, aut expectare annum tam facile perſuaſeris, quam vocare hoſtes & vulnera mereri. Pigrum quinimo & iners videtur, ſudore acquirere, quod poſſi ſanguine parare; agrorum curam feminis, ſenibusque, & infirmiſſimo cuique ex familia delegant.* Prout autem perperam inde quis colligeret, agriculturam Germanis in uſu planè non fuiſſe, contrarium enim & quod comparatè ſaltèm, ad mores Romanorum, hæc talia ſcripta ſint, quorum ſollicita agri- & horticultura, nec non ruſticationes otioſæ, Germanis utique incognitæ, ex pluribus aliis locis liquidò apparet. Ita quoad ea, (h) quæ

(e) *de M. G. cap. 31.*

(f) *Lib. VII. Geograph.*

(g) Conf. TACITUS *de M. G. cap. 26.* PLINIUS *Hiſt. Nat. Lib. XVIII. cap. 17.* CLUVERIUS *G. A. Lib. I. cap. 18. §. 4.* & ſæpius allegata *Diſſert. de Homin. propr. §. 7.*

(h) Hinc JULIUS CÆSAR *Comment. de B. G. Lib. IV.* de *Suevis* (ſub quorum nomine tamen *Cattos*, ut ſupra vidimus, comprehendit) diſerte ſcripſit. *Neque agricultura, neque ratio atque uſus belli intermittitur ſed non multum frumento, ſed maximam partem lacte atque caſeo vivunt.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-187455-p0024-6

quæ de *Cattis* modo audivimus, idem omnino dicendum eſſe, res ipſa loquitur; agriculturæ ſtudium non enixè quidem curârunt, id ipſum tamen ſenibus, fœminis, & potiſſimum ſervis commiſerunt, ex modo frumenti, aut pecoris, à *ſervis* præſtando, quilibet paterfamiliâs, ſe ſuosque ſuſtentavit. Eoque inſequentia *Taciti* verba potiſſimum reſpicere videntur: (Catti) *prout ad quemque venere aluntur, prodigi alieni, contemtores ſui, donec exſanguis ſenectus tam duræ virtuti impares faciat.*

*Servorum numerus apud* Cattos, *è bellorum frequentia dijudicatur.*

VIII. Quantus verò *ſervorum* numerus *Cattis* fuerit, ex bellis ipſorum, fortiter geſtis, facile colligitur. Illud quidem nunc non agimus, ut Gentis noſtræ pace belloque res geſtas hiſtoricâ ſerie recenſeamus. Neque adeò bella quæ cum Romanis noſtri geſſerunt, tum & diſcordias, odia, bella etiam cruentiſſima, quæ ipſis, cum aliis nationis ſuæ populis interceſſerunt, & è quibus, ut plurimum, ſuperiores receſſerunt, ſigillatim perſequi licet. Hoc tamen prætermittere haud poſſumus, quod prout ARMINIUM *Chattos* & *Cheruſcos* æternum alias diſcordantes, conciliâſſe, ut aliquamdiu, junctis viribus, Romanorum imperium propulſarent, illuſtris Monumentorum Paderbornenſium Autor probatum dedit (i) ità in *clade Variana*, à Cheruſcis potiſſimum illata, & *Cattos* in partem victoriæ ac prædæ veniſſe, indeque captivos *ſervos* obtinuiſſe, TACITUM indicare. Poſtquam enim (k) ſtragem *Cattorum* à L. POMPONIO *Legato*

(i) *pag. 96.*

(k) *Annal. Lib. XII. cap. 27.*

*gato* editam, memoraverat, continuò addit: *auctam eſſe Romanorum lætitiam, quod quosdam è clade Variana, quadrageſimum poſt annum ſervitio exemerint.* (l) Quâ conditione verò in clade Variana capti, apud Germanos uſi fuerint, SENECA (m) nobis deſcribit: *Variana clade*, ait, *quam multos ſplendidiſſime natos, Senatorium per militiam auſpicantes gradum fortuna depreſſit, alium ex illis paſtorem, alium cuſtodem caſæ fecit.* Eorum denique, qui in bellis cum aliis German. populis capti, & in ſervitutem detruſi fuerunt, exemplum, *Cheruſci*, à *Cattis* devicti, (n) præbere videntur, hos enim à victore durius habitos, certè ſervili jugo ſubjectos fuiſſe, inveteratum, quo ſe mutuò proſequebantur, odium probabile reddit.

CAPUT

(*l*) LIPSIUS equidem in *d. cap.* 27. *Lib. XII. Annal.* hiatum eſſe, & ea, quæ DIO *Lib. LX.* de expeditione *Sulpicii Galbæ* & *P. Gabinii*, adverſum *Cattos*, *Marſosque*, hîc excidiſſe ſuſpicatur: unde videri poſſet, *Marſis* potius ſervos iſtos, è clade Variana ſuperſtites, tribuendos eſſe, qui inter ſocios *Cheruſcorum* diſertè memorantur. Verùm cum expeditio iſta, ipſo *Lipſio* fatente, aliquot annis ante contigerit, nihil mutamus. Nec probabile etiam, *ſervos* iſtos per commercia ad Cattos tranſiviſſe.

(*m*) *Epiſt. XLVII.*

(*n*) Vid. TACITUS *de M. G. cap.* 36.

# CAPUT II.

## De
## *Progreſſu ſervitutis in Haſſia, medio præſertim ævo.*

### §. I.

QUæ hactenus de origine *ſervorum* dicta ad digno-ſcendum ſtatum & jura *hominum propriorum*, qui hodienum in Haſſia ſuperſunt, parum conferrent, niſi & de progreſſu conſtet, num ſequentibus ſeculis, medii præſertim ævi, noſtrates, *ſervos* adhuc dum habuerint, tum & quæ eorum fuerit conditio. Quemadmodum verò nonnulli eorum, qui de hominibus propriis in genere commentati, probè obſervârunt, ad pleniorem doctrinam *de ſervis* & *liberis* Germanorum omnino requiri, ut per tot ſeculorum decurſum, ad noſtra usque tempora, certæ periodi conſtituantur, & ſub ſingulis ſeorſim inquiratur an aliquam, & quantam mutationem, Germanorum mores paſſi fuerint; nemo verò, ob difficultatem operis, id ipſum omni ex parte præſtitit. Ità quoque huic noſtro argumento plurimum lucis acceſſurum eſſe, facile agnoſcimus, ſiquidem circa ſingulas Hiſtoriæ Haſſiacæ periodos, eas imprimis, quæ ad medium ævum ſpectant, pauliſper ſubſiſtere, ſicque an & quando mutatio aliqua in *ſervorum* perſona contigerit, inquirere liceret, cum verò hæc talia, in penuria monumentorum

*Progreſſum ſervitutis in Haſſia, per ſingulas temporum periodos exponere, vix quidem poſſibile.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-187455-p0027-3

eò pertinentium, longè maxima, vix ſperare, nedum præſtare queamus. Eô hactenus contenti erimus, ſi quidem probatum fuerit, ſervorum numerum, medio quoque ævo, in *Haſſiâ* potius auctum, nequaquam verò ſervitutem omnem abrogatam eſſe.

*Ad eundem tamen, & auctum ſervorum numerum, cladem Alemannorum plurimum contuliſſe, probabile eſt.*

II. Et quidem, ex famoſiſſimâ illâ Alemannorum clade, quam annô 496. à CLODOVÆO M perpeſſi, ut in aliis Germaniæ regionibus, ità quoque in *Haſſia* noſtra ſervorum numerum inſigniter auctum (a) eſſe, admodum probabile reputamus. Eandem ad *Tolpiacenſe oppidum*, contigiſſe, vulgatior lectio, apud *Gregorium Turonenſem* (b) memorat, id verò non aliud eſſe, quàm *Tulpiacum Ubiorum*, hodie Züllich, ſive Zülch dictum, communis eſt perſuaſio. Aſt cum plurimæ difficultates, quoad circumſtantias hujus prælii, hâc ſententia poſita, emergant; proinde nonnulli *Tulliacenſe ſeu Tullenſe* oppidum ibidem ſubſtituunt. (c) Noviſſimè autem Celeb. GUNDLINGIUS (d) memorabile illud prælium, non alibi contigiſſe, quàm in pago Wormatienſi, propè *Alpiacum* (hodie Alſpich ſive Alſpzen) evincere tentavit. Utcunque ſit, univerſæ Alemanniæ latiſſimè diffuſa ſpatia in poteſtatem redigere, unius diei, & prælii opus non fuiſſe, quilibet equidem agnoſcet; non omnes quoque

Ale-

(*a*) Eos enim, qui omnem ſervitutis originem, huic prælio adſcribunt, inſigniter errare, rectè obſervavit POTGIESER, *d. Tract. cap. V. §. 6.*

(*b*) *Hiſt. Franc. Lib. I. cap. 37.*

(*c*) Vid. HERTII *Notit. R. F. cap. I. §. 12. ibique alleg.* HENSCHENIUS *in* Vitâ S. Vedaſti & OLIVARIUS VREDUS in Flandria Chriſt. quem refutavit SIBERUS *de claris Alem. pag. 30.*

(*d*) Vid. *Gundlingiana P. III. num* 2. *§. 23.*

Alemannos à Francis ſubactos fuiſſe, Obrechto (e) ultrò largimur. *Haſſiam* tamen Alemannos, in ſervitutem detruſos, abhinc recepiſſe, tanto facilius, ut credamus, adducimur, quo certius, labaſcente Imperio Romano, inprimis verò temporibus *Antonini Caracallæ* & *Alexandri Mammæi*, partem *Cattorum* & *Mattiacorum* (qui una quondam gens fuerant) ſimul cum aliis Francicæ nationis populis, ſuperato Rheno, Gallicas, Belgicasque Rom. provincias occupâſſe: in illorum verò terras, vacuas relictas, Alemannos deinceps penetrâſſe & juxta eos populos, qui in priſtinis ſedibus perſtiterant, commoratos eſſe. (f) Prout etiam in confeſſo eſt, primitivam Germanicam, ſive transrhenanam Franciam, latè quamvis per Gallias propagato imperio, à Francis haud quaquam pro derelicta habitam, ſed communis Reipublicæ vinculo, cum novis Francorum provinciis validè cohæſiſſe: Ità vix in dubium vocari poterit, *Cattos* validiſſimam Francorum gentem, iſta *Clodovæi* victoriâ uſos, communem ſuæ Reip. hoſtem, debellâſſe, devictum ſervitutis jugo pariter oppreſſiſſe.

III. Non equidem nos fugit, circa ſententiam, quam profeſſi ſumus, dubia nonnulla moveri poſſe; aſt, quilibet facilè agnoſcet, aliquid eos dicere, qui hæc cau-

*Non obſtantibus dubiis, quæ in contrarium moveri poſſunt.*



(e) *Prodrom. rer. Alſat. cap. X. pag. 212.*

(f) Vid. *Dio Coccejanus in Excerptis Peireſcianis*, à Valesio *editis, pag. 743. & ſequ.* junctis Herodiani *Hiſtor. Lib. VI. Aurelii* Cassiodori *Chron. ſub dictis Immpp. Ammiano* Marcelliini *Hiſtor. Lib. XVII. cap. I. Lib. XVIII. cap. 4. Lib. XXIX. cap. 20. & 21.*

cauſentur, rem omnem verò nequaquam conficere. Quamquam enim *primò* Alemannorum fines, verſus ſeptentrionem, ad *Loganam Cattorum* omnem porrecti, admodum variè deſignentur (g) viciſſim tamen apparebit, nihil in contrarium inde inferri poſſe; *hujus enim populi*, ut rectè vidit SCHURZFLEISCHIUS (h) *ſemper incertæ ſedes, variæque migrationes fuerunt, tot acceſſiones, diminutionesque ibi factæ, ut vix in Alemannia, reperiri poſſe Alemanniam, multi, nec ineruditi viri arbitrentur.* Porrò BUCHERIUS equidem (i) tria devictorum Alemannorum genera diſtinguit, unum ad Gothorum Regem *Theodoricum* in Italiam profugum; alterum Francis planè ſubditum, circa Argentoratum & in Helvetia, à Rheno ad Urſam fluvium ſe protendens; tertium verò in antiquis trans Rhenum ſedibus, tributo oneratum, & ſub hôc quidem Alemannos illos contineri exiſtimat, qui à PROCOPIO (k) liberi dicuntur: Enimverò ſi id ſibi volunt *Bucherii* verba, ac ſi Alemanni in ſedibus ſuis trans Rhenum, in priſtinâ libertate omnes perſtiterint, aſſenſum certè non merentur; Etenim antiquiores rerum Francicarum Scriptores, qui famoſum illud prælium, indeque ſecutam Alemannorum dedi-

(g) Conf. *Anonymi Ravennatis Geogr. Lib. IV. §. 26.* FREHERI *Origines Palat. Part. II. pag. 55. & ſequ.* junctis iis, quæ collegit HERTIUS Notit. Germ antiqu. *Part. II cap. I §. 3.* ubi ab Alemannorum pago *Bucinobantum*, cujus apud *Ammianum Marcell.* fit mentio *Butisbacum* denominatum, conjicit.

(h) *Diſſertat. Principium Moſellæ Auſonii §. 8.*

(i) *Lib. XIX. Belgii Rom. cap. II.*

(k) *Lib. I. Hiſt. Goth. ex recenſ. Grot pag. 297.*

deditionem deſcripſere, omnes (l) uno ore teſtantur, *Alemannos in fugam converſos, cum Regem ſuum interemtum cernerent, Clodovæi ditionibus ſe ſubdidiſſe, ab eôque cum terrâ ſuâ ſub jugo tributarios conſtitutos eſſe.* Nullamque adeò differentiam, inter Alemannos cis & trans Rhenum ſubactos, admittunt, ſed omnes ſervile jugum ſubiiſſe, (m) diſertè confirmant. Quàm ingens etiam Alemannorum ſtrages, quàm amplus victoriæ fructus fuerit, epiſtola *Theodorici, Oſtrogothorum* Regis (n) ſatis indicat, quæ *de Alemannis populis & innumerabili natione, partim ferro, partim ſervitio ſubjugatis*, loquitur. Verba *Procopii & Agathiæ*, quod attinet, illa de Ducatu Alemanniæ ſub poſteris *Clodovæi* (o) demum erecto, & Alemannis illis, qui in Italiam, ſub Oſtro-Gothorum tutelam conceſſerant, indeque poſt quadraginta annos à *Vitige* Rege demum remiſſi fuere, haud dubiè intelli-

 gen-

(*l*) GREGORIUS TURONENSIS *Hiſt. Lib. 2. cap. 30. Anonymus Theodorico II.* coævus, FREDEGARIUS Scholaſticus *cap. 21.* RORICO Monachus *Geſt. Franc. Lib. 2.* quorum verba exhibet OBRECHTUS *Prodr. rer. Alſat. cap. X.*

(*m*) Quod enim indomita illa gens non alio, quàm ſervitutis jugo oppreſſa fuerit, ea, quæ apud RHENANUM *Lib. II. pag. 262.* VADIANUM *Lib. II. pag. 34* STUMPFIUM *Chron. Helv. Lib. IV. cap. 27.* GUILLIMANNUM *Lib. I. rer. Helvet. cap. 10.* WURSTEISEN *Chron. Baſil. maj. Lib. II. cap. V.* CRUSIUM *Annal. Suec. Part. I. Lib. VIII.* LEHMANN. *Chron. Lib. II. cap. 19. 20* GRYPHIANDRUM *de VVeichbildis cap. 24. num. 9.* GULERUM *in Rhetia Lib. V. pag. 59.* HEIDERUM *Act. Lindav. pag. 598.* leguntur, neminem dubitare ſinunt.

(*n*) Apud CASSIODORUM *Lib. II. Epiſt. 41.*

(*o*) Vid. OBRECHTI *Prodom. rer. Alſat. d. l.* VALESIUS *rer. Francic. Lib. XXIV. pag. 476.*

genda. Inde verò non ſequitur, quod omnes bello capti, vel à ſingulis Francorum populis ſubjugati, iisve ob præſtitam in illo bello operam aſſignati, (p) in eandem libertatem denuò reſtituti fuerint. Denique nec illud nobis obſtabit, quod, *Cattos & Thuringos cum Theodeberto Gothorum Rege, de moderanda Francorum potentiâ, conſilia agitâſſe*, memoriæ proditum ſit. (q) Quæcunque enim huic narrationi demum fides conſtet; eandem tamen non niſi de ſubſequentibus temporibus, quando Alemannis ſubjugatis, Regum Francicorum potentia maxima incrementa cœperat, intelligendam eſſe, res ipſa loquitur.

*Aliud verò de Burgundionibus dicendum.*

IV. Burgundiones, Alemannis vicini, cum quibus etiam (ut *Catti* olim cum (r) Hermunduris) ſalinarum & finium cauſa, (s) ſæpius concertârunt; à Fran-

(p) Conf. GUILLIMANNUS. *d.l.*

(q) Locum hunc produxit ſupra laudatus Autor Libelli *de Suprematu Princip. Germ.* ſub *Fürſtnerii* nomine editi *pag. 52.* Indeq; Autor Diſſertationis, *de Superiorit. Tertit. Specimini IV. Meditat. ad Inſtrum. Pacis* ſubjunctæ, colligit, *in Cattis atque Thuringis eo tempore non ſatis validam fuiſſe Francorum autoritatem.*

(r) Teſte TACITO *Annal. Lib. XIII. cap. 57.* quinam illi ſalis fontes fuerint, diverſæ ſunt ſententiæ, WINCKELMAN *Deſcript. Haſſ. Part. I. cap. 10.* eos quærit, in ſalinis Allendorfenſibus ad Werram; HERTIUS *Notit. G. A. Part. II. cap. 2. §. 19.* Halis Saxonum, alii, aliter. SCHURZFLEISCHIUS *Diſſert. de veteri regno Burgund. pag. 13.* certamen hoc contigiſſe ſupputat, *Annô Chriſti LIIX.* ætate Neronis, illud verò, quod ſequitur, imperante Valentiniano I. annô *CCCLXXIII.*

(s) Memorante AMMIANO M. *Lib. XXIIX. cap. 5.* Addit HERTIUS *d. l. Part. III. cap. I. §. 4. ſalinas iſtas juxta* Buche-

Francis tandem pariter devicti fuêre. Utrum verò & illi ſervile jugum ſubierint, & numerum ſervorum in *Haſſiâ* auxerint, meritò ſubſiſtimus. CLUVERIUS (t) equidem aſſerere non dubitavit, Burgundiones maximam agri *Cattorum* partem, verſus meridiem ſitam, aliquando poſſediſſe, nominatim verò circa *Caſtellum Cattorum*, & *Mattium*, ubi nunc *Caſſellæ* & *Marburgum*, ſubſtitiſſe. VORBURGIUS (u) quoque conjicit, Francos, iis quidem temporibus, quibus Saxonum potentia Rhenum inferiorem inter & Viſurgim prævaluerit, ſedes ſuas circa Lanum, Fuldam & Mœnum amnes, *exciſis, qui ibi adhuc reliqui fuerint, Burgundionibus*, tranſtuliſſe. Nec minus PROCOPIUS (x) diſertè memorat, Francos *devictorum Burgundionum, reliquia deinceps quoque perſecutos eſſe, ſuoque imperio ſubjeciſſe, & terram quam tenuerant, ſibi vectigalem feciſſe.* Hæc omnia tamen haud efficient, ut Burgundiones, in finibus *Cattorum*, & aliis, quas inhabitârunt ſedibus, parem cum Alemannis conditio-

---

cherium, *ad fluvioli Salæ fontem fuiſſe, qui in Haſſia ſub mente Vogelsberg oritur, & Mœno tandem confunditur. Ibidem quoque* Caroli M. *palatium fuiſſe* Salz *dictum cujus tamen hodie ne veſtigium quidem ſuperſit.* Ad quæ ultima verba notamus, locum hodie vocari *Salzburg* prope *Neuſtadium* ad *Salam*; rudera quoque iſtius palatii, prout ex relatione fide digna accepimus, hodienum apparent, illudque ampliſſimum fuiſſe, indicant; Habitant ibidem *Barones* de VOLGDE, quibus à præfecturâ Palatii nomen remanſiſſe videtur.

(*t*) *G. A. Lib. III. cap. 36. §. 3.*

(*u*) *Hiſt. Germ. Tom. VI. pag. 298. junct. pag. 294. Tom. VII pag. 115.*

(*x*) *Hiſt. Goth. Lib. I. ex recenſ. Grotii pag. 178.*

ditionem ſubiiſſe, quisquam ſibi perſuadeat; Quin potius ex formula, ſub quâ Burgundiones Regno Francorum acceſſerunt, ſatis conſtat, eosdem victoris majeſtatem comiter quidem conſervâſſe, tributum annuatim ſolviſſe; de cætero autem leges, beneficia, itemque agros ſuos retinuiſſe; atque adeo ſervitute oppreſſos non fuiſſe. Indeque ſub Francorum imperio, eum in modum excreverunt, ut ætate *Caroli Martelli*, Merovingicos, ignavia ſolutos, ſpernerent, defectionemque agitarent; & tandem lapſis Carolingorum rebus, ipſi novos ac proprios Reges habere inceperint, ſuique juris facti, diu iſthoc ſtatu, floruerint. (y) Planè CLUVERII ſententiam, quod attinet, eam probatu difficilem eſſe, ſolertiſſimus rerum Burgundicarum indagator, B. SCHURTZFLEISCHIUS (z) non temerè judicavit.

*Abhinc ætate Caroli M Saxones eodem jugo oppreſſi, & in Haſſiæ numerum ſervorum auxiſſe videntur.*

V. Pergimus ad ferale & diuturnum illud bellum, quod Carolus M. cum Saxonibus geſſit, & quo durante multa Saxonum millia non ſolùm transplantavit, ſed & ſervili conditione affecit. (a) Exinde verò & *Haſſiam* mancipia nactam eſſe, ut dicamus, illud vel maximè ſuadet, quod Franci non ſolùm exercitus ſuos, adverſus Saxo-

---

(*y*) Vid. FREDEGARIUS *Hiſt. cap* 79. Leges Burgundionum, iisque præmiſſa *Gundebaldi Regis præfatio* apud LINDENBROGIUM *Cod. LL. Antiq. pag.* 265. *& ſeq.* SCHURTZFLEISCHII Diſſert. *de veteri Burgund. populo. pag.* 11.

(z) *Alleg. Diſſert. pag.* 65. Jam ante *pag.* 10. dixerat, *non omnes urbes, quarum nomina in* burg. *deſinunt à Burgundes repetenda eſſe, exemplo* Marpurgi ad Lanum, *in quos tractus haud penetraverint, nedum occupaverint Burgundiones.*

(*a*) Vid. HERTII *Diſſert. de Hom. propr. Sect. I. ibique allegati.*

Saxones per *Haſſiam* duxere, ſed & plures victorias his in oris reportârunt. Imprimis verò memorabilis eſt inſignis illa clades, quâ annô DCCLXXVIII. exercitus *Carolinus*, Saxones proſtravit, quamque *Poëta Anonymus*, prope *Baddenfeldum*, *Adernam juxta Fluvium*, Annales Francorum (b) *in pago Haſſorum, in loco qui dicitur Libeſi contigiſſe*, memorant. Quod enim *Baddenfelda* vicus ſit ſub radicibus *Battenbergæ* ſitus, indeque non procul diſſitus vicus, *Leyſen* hodiè dictus, idem illud *Libeſi* fuerit, rectè vidit WINCKELMANNUS (c) Idemque, ſi ullum ſupereſſet dubium, bullæ indulgentiarum *anno* 1296. eidem vico conceſſæ, confirmarent, in quibus priſtinum nomen iisdem ferè literis adhucdum exprimitur. (d) Quod verò non omnes Saxones à CAROLO M. devicti & in ſervitutem detruſi, deinceps in priſtinam libertatem reſtituti fuerint, in notiſſimo Dd. diſſenſu, veriſſimum reputamus. (e)

VI. Reſtat denique, ut, quæ *ſervorum* conditio mediô ævô in *Haſſia* fuerit, paucis adhuc inquiramus. Ubi quidem iis non immorabimur, quæ diſtinctionem ſervorum in *caſatos* & *gaſindos*, tum & *Fiſcalinos*, *Eccleſiaſticos* ac *beneficiarios*; nec non *litorum* conditionem atti-

*Quæ ſervorum conditio, medio ævo in* Haſſia *fuerit.*

E

(b) *Apud* DU CHESNE *Scriptor. rer. Franc. Tom. I.*

(c) *Topograph. Haſſ. Part. II. cap. 7.*

(d) Ita enim allegatum diploma: *Cupientes ut capella in Lyheſen Moguntinæ diœceſeos congruis honoribus & jugi Chriſti fidelium frequentatione veneretur* &c.

(e) Vid. HERTIUS *d. Diſſert. Sect. I. §. 1. in not.* THOMASIUS *Diſſert. de uſu pract. diviſ. homin. in Lib. & ſervos cap. II. §. 3.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-187455-p0035-7

attinent, & ab aliis (f) fuſius expoſita ſunt. Sed ad *Haſſiam* unicè intenti, non exiguum *ſervorum* numerum, hoc adhucdum ævo in illâ ſuperfuiſſe, tum & quâ conditione iidem gaviſi fuerint, ex inſigni *antiquitatum Fuldenſium* monumento, à PISTORIO edito, adſtruere conabimur. Inter alia verò, quæ ex locorum viciniâ, pro argumento noſtro adduci poſſunt, ſequens bonorum & mancipiorum traditio, à privato quodam, *Haſſiæ* cive (uti videtur) facta, huc inprimis pertinet. (g) *Ego in Dei nomine Gozmar trado & dono &c. quidquid proprietatis habeo, in provincia, quam Heſſi inhabitant, in locis & villis, quæ vocantur Affeltra, Gilihhaa, Buoloha, Frormenni, Scroufihageni (aliâs Scroufi Hagini) quicquid proprietatis habeo in ſupradictis villis, & in cunctis terminis earum, totum & integrum trado, in terris, domibus, mancipiis &c. Nomina quoque mancipiorum inſerere placuit, cum omni eorum elaboratu, & ſupellectili, iſta ſunt nomina: Walto & uxor ejus Heliggund, cum filiis ſuis, Thanbalt, Hainbalt, & uxor ejus Wizzirat cum filiis ſuis Hahger & uxor ejus Peratha, Meginleib & uxor ejus Fagalind cum filiis ſuis. Willrich & uxor ejus Nihburg, cum filiis ſuis. Starcrat & uxor ejus Adelsvvind, Hruodkeri, & uxor ejus Gozza, cum filiis ſuis, Milo & uxor ejus Svvind cum filiis ſuis, Ratsvvind cum filiis ſuis, Megilo. Ea conditione* &c. *Facta eſt hæc traditio, in loco qui dicitur Affeltra annô Dominicæ incarnationis DCCC L. regni verò Hludovici glorioſiſſimi Regis orientalium Francorum annô decimo*

(*f*) Conf. HERTIUS & THOMASIUS *dd. ll.* ubi etiam de novo genere ſervorum, qui *Slavi* dicebantur, & circa Sec. X. acceſſerunt, pluribus agitur.

(g) Apud PISTORIUM *rer. Germ. Script. VI pag. 486.*

*decimo.* Apparet inde, medio ævo non ſolùm illud ex veteri more retentum eſſe, quod ſervi vel fiebant vel naſcebantur, ſed & ſatis adſtrictam eorum conditionem adhucdum fuiſſe, dum ad operas & certas penſiones domino obligabantur, liberum rerum & poſſeſſionum ſuarum arbitrium non habebant, ac pro lubitu, vendi, donari, & permutari poterant.

## CAPUT III.

### De *Statu & Jure Hominum Propriorum hodierno.*

§. I.

*Exiſtentia Hominum propriorum in Haſſia.*

PErgimus ad tertiam, eamque præcipuam Diſſertationis noſtræ partem, quænam *hominum propriorum* his in oris origo, quâ conditione, quove jure hodiè fruantur, paulò plenius inveſtigaturi. Eorum exiſtentiam in *Haſſiâ*, STAMMIUS (a) ſuo teſtimonio jam confirmavit, & ea, quæ ſequuntur, plenius demonſtrabunt. Inveniuntur iſtiusmodi *homines proprii* in utroque HASSIÆ LANDGRAVIATU, (b) Sed in PRINCIPATU HASSO-CASSELLANO *ſuperiori* ſaltem, in *inferiori*, non æquè; hujus verò diverſitatis ratio, quantùm conjecturando aſſequi licet, non alia dari poteſt, quàm quod in *Haſſiam inferiorem*, unà cum adjacentibus regionibus, exteri populi, Alemanni inprimis, penetraverint, qui deinceps

 à *Cat-*

(*a*) *De Servit. Perſon. Lib. III. cap. 17.*

(*b*) Perinde ac in vicinis regionibus, nominatim in der Wetterau/ dem Odenwald/ Rheingau/ Rinckau/ und Haÿrich.

à *Cattis* aliisque Francicæ nationis populis, ut ſuprà vidimus devicti, & conditioni ſervili, fortè etiam certis præfecturis, ac diſtrictibus adſcripti fuere. (c) In *Haſſia inferiori* autem *Catti*, immotas ſedes retinuerunt: agricolæ verò & ruſtici, qui, ceu ſuprà pariter obſervavimus, antiquiſſimo ævo, ſervilis conditionis fuêre, recentiori ætate liberis hominibus, variis ex cauſis, accenſeri cœperunt; in eo tamen priſtinæ ſervitutis imaginem adhuc dum referunt, quod Sereniſſimo *Haſſiæ* PRINCIPI ac Domino ad operas indeterminatas obſtricti ſint. (d)

II. Un-

(*c*) Planè, ut in Principatu Hohenzollerenſi originem ſervitutis eidem occaſioni adſcribit, die kurtze Beſchreibung/ der zwiſchen Jhro Hochfürſtl. Durchl. zu Hohenzollern eines/ und dero wiederſpänſtigen Unterthanen bey Hochlöbl. Kayſerl und Reichs Cammer-gericht zu Wetzlar ſtrittigen freyen Pürſch-Gerechtigkeit/ pag. 26. his verbis: daß die Hochfürſtl. Familie derer von Hohenzollern von den Fränckiſchen Königen ex Familia Merovingica ſeinen ohngezweiffelten Urſprung habe/ deſſen Vorfahren/ als Comites Francorum in dieſe vom König Clodovæo bezwungene revier der Alemannier gekommen/ das Stamm-Haus Zorn oder Zollern/ wie es in den älteſten documentis genannt wird/ erbauet/ und die herum gelegene Alemannier zu ſeinen hominibus propriis gemacht/ und in dieſer qualität/ lang ante tempora Caroli M. daſelbſt geherrſchet. Daher dann auch kom̃t/ daß das Fürſtl. Haus H. Zollern/ alle ſeine Lande jure puri atque meri allodii und zwar annoch auff heutigen Tag/ mit dieſer Eigenſchafft beſitzet/ daß alle darinn wohnende Unterthanen/ ſo gar leibeigen ſeyn/ daß wann auch ein freyer Mann/ oder einem andern Hals-Herren zugewandter Leibeigener in das Fürſtenthum quocunque modo ziehen will/ ſolches ihm nicht anders als/ daß er von ſelbigem ſich loßkauffe/ und Sereniſſimo wiederumb als leibeigen ergebe/ geſtattet wird.

(*d*) Conf. Celeberr. DN. GROLLMANN *de operarum debitarum mutatione Parte II. cap. 3.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-187455-p0038-4

II. Unde verò *homines proprii* ità dicti ſint, quando hæc appellatio cœperit, intellectu non adeò difficile. Cum enim ea, quæ LL. Romanæ de *ſervis*, eorumque conditione diſponunt, ſingulari quidem veneratione in Germania excepta fuerint, nec tamen, præter concluſiones ex regulis æquitatis naturalis derivatas, reliqua civilia inſtituta Germaniæ moribus convenirent; ipſa verò Germanorum inſtituta immutare non valerent. Factum inde, ut JCti Itali, in Germaniam advecti, ſervili, ſed laxiori, quàm apud Romanos, conditione affectos, non *ſervos*, quippe Germaniæ incognitos, ſed *homines proprios* dicendos exiſtimaverint, & in eundem errorem Germaniæ JCtos deinceps pertraxerint. Acceſſit & illa perſuaſio, ab *Abbate Panormitano*, potiſſimum invecta, quaſi ſervitus perſonarum, cum libertate Chriſtianâ conſiſtere haud poſſet, indeque inter Chriſtianos abrogata, aut certè abroganda ſit; (e) Quando autem iſta nominis mutatio contigerit, in puncto temporis quidem definiri nequit; Pottgieserus (f) tamen pluribus exemplis confirmat, eam ſeculo XIII. in Germania jam obtinuiſſe. Ut verò altius & ad ipſum ſeculum XII. quô Jus Rom. in Italia reviviſcere cœpit, in origine hujus appellationis aſſignanda, aſcendendum putemus, diploma Henrici VI. de anno 1190. (g) quô controverſia inter Civitates & Nobiles Alſatiæ circa receptionem *homi-* *Ratio appellationis.*



(e) Alias occaſiones addit Pottgieser *d. l. Lib. I. cap. 3. §. 28.* quæ tamen cum hactenus dictis facilè conciliari poſſunt.

(f) *d l. §. 26.*

(g) Exhibet illud Wenckerus *de Uſsburgeris pag. 12.* In ſubjunctâ verſione Germanicâ, vocantur Eygin Lüte.

*minum propriorum* definita, imprimis efficit. Iſtam verò, quam diximus perſuaſionem, ac ſi ſervitus Germanis omni tempore incognita fuerit, & *Haſſiæ* JCtis jam olim ſe inſinuâſſe, FERRARIUS *Montanus*, antiquiſſimus Haſſiæ Jureconſultus & primus Almæ noſtræ Anteceſſor, ſuo exemplo confirmat, ità enim ille (h) *Servilis conditionis homines, quemadmodum jure Gentium eſſe cœperunt, Germania noſtra, liberioris cœli, non ita agnoſcit, etiam Cornelio Tacito de moribus Germanorum teſte*; & ſtatim addit; *ſervi Germanis non ſunt cogniti.* Ut proinde & his in oris *hominum propriorum* appellatio dudum olim ſubnata ſit.

*Pro ſtatu eorum plenius cognoſcendo, præmittitur ordinatio* des Eigen-Rüge-Gerichts in Ober-Eiſenhauſen.

III. Ut autem ſervili conditione in Haſſiâ affectos, cum nominis mutatione, omnimodam ſtatûs mutationem haud æquè ſubiiſſe, tanto certius conſtare poſſit, in conditionem & jura *hominum propriorum*, quibus hodienum apud nos utuntur, paulò plenius inquiremus; ità tamen ut de iis, qui ad *Sereniſſimos Haſſiæ* PRINCIPES pertinent, hac vice ſaltèm diſpiciamus. Ante omnia verò ordinationem dabimus, qua modus procedendi in cauſis, homines proprios attinentibus, bey dem ſiebenjährigen Eigen-Rüge-Gericht zu Ober-Eiſenhauſen Ambts Blanckenſtein / ineunte Seculo XVI. plenius definitus fuit, & ad ejus ductum reliqua deinceps perſequemur.

Das

(h) *In Commentario ad L. VII. de Reg. Jur.*

# Das Eigen Buch/

Darinnen unſers Gnädigen Fürſten und Herrn zu Heſſen ꝛc. Gerechtigkeit/ ſo Jhro Fürſtl. Gnaden und deroſelben Voraltern Hochlöblichen Gedächtniß/ von Uhralten Jahren im Breydenbacher Grund an das Hauß Blanckenſtein gebraucht/ und hergebracht/ zu befinden ꝛc.

JN dem Jahre nach Chriſti Geburth Funffzehen hundert dreyſig und zwey/ Mittwochen nach Esto mihi, hat der Durchl. Hochgebohrne Fürſt und Herr/ Herr **Philipps** Landgraff zu Heſſen/ Graff zu Catzenelnbogen/ Dietz/ Ziegenhain und Nidda/ Unſer Gnädiger Fürſt und Herr/ das Buch deß Eigengerichts zu Eiſſenhauſen durch ſeiner Fürſtlichen Gnaden Statthalter und Cantzlar/ als Ludwig von Boyneburgk und Johann Feygen zur Lüchten-Awe beſichtigen/ und dieſelbige Ordnunge/ auch den Proceſs, aus bewegenden/ billichen und rechtmäſſigen Urſachen emendiren und beſſern laſſen; Auch mit Ernſt befohlen/ daß ſolche Ordnungen hinfürtter ewiglich alſo gehalten/ gehandhabt/ und vermöge derſelbigen procediret und gehandelt werden ſoll/ wie nachfolget.

§. 1. Welchen Eigen armen Mann/ unſers Gnädigen Herrn/ deß Landgraffen/ rechte leibes

Noth

Noth antrifft / der auch geerbt iſt / alſo / daß Er ſein Erblich Guth muß verſetzen / verkauffen oder begeben / der ſoll es zum erſten biethen den rechten Erben / wollen die das nicht zu ſich nehmen in der Maß als ihnen das gebotten würde / ſo ſoll es derſelbe ehe-genannte Mann biethen ſeinen Genoſſen / das iſt auch einem ſolchem Landgräfiſchen Eigen-Mann / als er iſt / begehrte auch der Genoß ſolchs ehe genannten Eigen-Guths nicht / ſo ſoll der vorgenannte Mann das gemelte Guth biethen dem rechten Herrn / und mit Nahmen einem Amtmann zu Blanckenſtein unſers Gnädigen Herrn deß Landgraffen / wolte auch derſelbe Amtmann von unſers Gnädigen Herrn wegen das genante Guth nicht kauffen oder darauff leyhen / nach Möglichkeit / ſo ſoll alsdann der genannte Eigen-Mann einen verſiegelten Brieff nehmen von Schultheiſſen und Schöpffen deß Eigen-Stuhls zu Eiſenhauſſen / und ſoll im geſiegell deſſelben ſeines eigenen Amtmanns zu Blanckenſtein / ſein / zu der Zeit / daß er mit dem Ehegenannten Erbe und Guth umbgegangen habe in alle der Maß / als vorgeſchrieben ſtehet / und alsdann mag der ehe genannte Eigen-Mann ſein erblich Guth verſetzen oder verkauffen / wo ihme das eben iſt / und ſoll ihme in Recht niemand darinnen drangen oder helligen.

§. 2. Item wurde mit ſolchem Erbe und Guth nicht umbgegangen / als vor gerühert iſt / ſo ſolle das gerugt werden an dem Eigen-Gericht / und ſoll dann daſſelbe Gericht die rechten Erben und Gan-Erben darinnen ſetzen und wehren / als gewöhnlich

und

und recht iſt des Stuhls/ Item der Eigenmann/ der ſolch eigen Guth innimt/ der ſoll ſeinen Eigenthum zubringen mit beedte und mit dem Eigen Beed huhn.

§. 3. Item welch Ußmann ſolche Eigen Erbe als vor gerührt iſt/ zu ſich nimbt/ des ihme der Eigenmann nicht gewehren könnte/ nach Innhalt deß Eigen-Stuhls/ der ſoll alsdann dem Hauptmann zuſprechen/ der ihme daſſelbe Guth verkaufft/ verſetzt und unredtlich/ darmit umbgegangen/ und ſich deß Stuhls nicht gebraucht hätte/ als ſich gebühret.

§. 4. Item welches Herrn-Mann eigen Guth unter ihme hat/ zu Land-ſiedelen rechten/ des der eigen Mann begehret/ daſelbe Guth ſoll man leyhen dem Eigen-Mann/ umb denſelben Zinß und recht/ als der Außwendige gehabt hat/ es wehre dann/ daß der Ußmann/ deß Ambts Urkunde hätte/ wie dann vorgeſchrieben ſteht/ und iſt zu vernehmen von allen Güthern/ die man nennet Landgräffiſche Güther hilents.

§. 5. Item es ſollen keine Eigene Gütter keinem Mann folgen außwendig dieſes Landts/ ſondern ſie ſollen erben und folgen/ wie obgemeldt/ unſerm Gnädigen Herrn uff das Hauß Blanckenſtein/ als dick und viell das noth ſeye oder geſchehe/ ſoll das gerugt werden/ von dem Eigen-Mann zu Eiſenhauſſen.

§. 6. Item welch Eigen Mann ſich Weibet aus ſeinen Genoſſen/ der geerbt iſt/ da ſoll das

erblich Guth alsdann folgen den rechten Erben und nechſten Gan-Erben und nicht den Ußkindern.

§. 7. Item welcher Mann ſich weibet/ und verändert zu Ungenoſſen und Kinder gewönne/ welche Zeit dieſelben Kinder oder deren Kinds Kinder zu genoſſen würden/ inwendig dreyſig Jahren möchten dieſelbe Kinder wieder zu ihrem vätterlichen Erben kommen/ ſo fern ſie das bekonden möchten.

§. 8. Item der Eigen-Mann ſoll ſein eigen Guth/ deß er Erbe und Gan Erbe hoffet zu ſeyn/ Außziehen und behalten mit ſeinem Gebüſſen und Gan Erben nach altem Herkommen/ und geſetze deß ehe genannten Stuhls und Gerichts zu Eiſenhauſſen.

§. 9. Item welch Mann oder Weib kommet aus andern Landen über die Dietzſaltze Eckmansrodt/ und Reddingsberck in dieß Land/ nemlich in das Gericht zu Gladenbach/ Dautphe/ Eiſenhauſſen/ Breydenbach/ in das Gericht zu Lixfeld/ oder in andere unſers Gnädigen Herrn zu Heſſen Gericht/ die ſollen unſers Gnädigen Herrn von Heſſen Eigen ſeyn/ und mit Beedte und Hünern uf das Hauß zu Blanckenſtein gehören.

§. 10. Item was von Grünterodte gefiele in der Dietzſoltze/ das ſoll man beyden Herren/ nemlich unſerm Gnädigen Herrn dem Landgraffen/ und dem Naſſauiſchen Herrn verbüſſen/ und were es/ daß jemands zöge über die Dietzſoltze und wolte ziehen in unſers Gnädigen Herrn von Heſſen Fürſtenthum/ und enthielte in dem genannten Waſſer der Dietzſaltze/ ſo ſollen ihme die Naſſauiſchen anhelffen/

ſen / wolte aber jemands ziehen aus deß genannten unſers Gnädigen Herrn von Heſſen Lande in das Naſſauiſche Landte / ſo ſollen ihme die Landgräfiſche anheiſſen.

§. 11. Item wer da queme über die Reddinger Berge / in der vorgenannten Gerichte ein / iſt geweiſſet gehn Blanckenſtein/mit Hüner und Beedte vor einen Eigen-Mann.

§. 12. Item was da kommet aus der Graffſchafft von Wetter / der Herrſchafft von Battenberg / und der Herrſchafft von Ziegenhain / in unſers Gnädigen Herrn von Heſſen Fürſtenthum vorgenannt / ſoll Beeden mit Hüner uf Blanckenſtein vor einen eigenen Mann.

§. 13. Item alle diejenige / die da kommen aus unſers Gnädigen Herrn von Heſſen Städten / und ſetzten ſich in die vorgenannte Gericht / in das gedachte unſers Gnädigen Herrn Fürſtenthum / hören gehn Blanckenſtein vor eigen Leuthe.

§. 14. Item were es Sach / daß ein Eigen-Mann ufs Hauß zu Blanckſtein gehörig aus unſers Gnädigen Herrn von Heſſen Fürſtenthum in freimbde Stätte zöge / und eigen Guth hätt in unſers Gnädigen Herrn von Heſſen Fürſtenthum vorgenannt / und wolt ſich der gebrauchen / ſolch Guth ſolte er verſtehen mit Hüner und Beedte gen Blanckenſtein uf das Hauß / auch welcher herwieder zöge in die vorgenannte Gerichte / der ſoll daſelbe Recht han / als er vor hatt.

§. 15. Item wäre es Sach / daß eigen Guth verſtürbe / oder verkaufft wurde / in Ungenoſſen Hän-

den / und das ein Eigen-Mann anſetzet / der doch nicht darinnen hörte / von Erbswegen / verſchwiegen das die rechte erben / die darzu gehörten / mit ihrem wiſſen / biß daß das Gericht und Recht übergienge / ſo ſolten ſie auch hernach ſchweigen Erblich und Ewiglich.

§. 16. Item alle Paffen-Kinde / Münche-Kinde / alle Hur-Kinde / Zwitterne / gehören mit Hüner und Beedte / uf das Hauß Blanckenſtein / wo dieſelben in meines Gnädigen Herrn Gericht geſeſſen oder wohnhafft ſeynd.

§. 17. Dargegen mögen dieſelben für geſchriebene Kinde ſich deß Eigen-Gerichts gleich einem Landgräffiſchen Mann gen Blanckenſtein gehörig / jetzlicher zu ſeinem Rechten gebrauchen.

§. 18. Item alle heilige / Ritter / Pfaffen-Güther / und Bürger-Güther / in dem Gericht unſers Gnädigen Herrn von Heſſen / auch im Grund zu Breydenbach gelegen / gehören an das Eigen-Gericht / gleich Eigen Gütter gen Glodenbach zu rechtfertigen.

III. Ipſe conſtitutionis præmiſſæ tenor ſatis indicat, eam auſpiciis PHILIPPI *Glorioſa memoriæ* HASSIÆ LANDGRAFII, cui *magnitudo* Animi, & rerum geſtarum *Gloria Magnanimi* Cognomen indidit, promulgatam eſſe; Miniſtros (i) verò, quibus hoc negotium com-

(i) Qui illa ætate Haſſiæ Cancellarius fuit, & in Conſtitutione noſtra *Johannes* FEIGE dicitur, aliàs latino idiomate FICINUS *Lichtenavienſis* audiit, idem ille maximi nominis &

commiſſum fuit, in mandatis habuiſſe, non ut ſervitutem his in oris abolerent, ſed ut ordinationem judiciariam & modum procedendi, in præfato judicio, dem ſiebenjährigen Eigen-Rüge-Gericht / zu Ober-Eyſenhauſen im Ampt Blanckenſtein / cousque uſitatum, ubi neceſſarium videretur, emendarent. Nimirum apud Germanos dudum olim receptum fuit, ut cauſæ homines proprios, operas & præſtationes ſerviles, nec non jura colonaria concernentes, coram peculiari judicio, quod Dominus pro lubitu ordinabat, peragerentur; eoque pertinent, die Dinckhöfe / Dingſtühle & curiæ dominicales, de quibus SCHILTERUS peculiari Diſſertatione (k) egit. Illud verò, quod modo nominavimus, judicium, majoris momenti & auctoritatis quondam fuiſſe, vel inde apparet, quòd de eo ritè ordinando & emendando SERENISS. PRINCEPS adeò ſollicitus fuerit. Conſtat etiam id ipſum ſuæ jurisdictionis ambitum, tum temporis longè lateque protendiſſe; ſed poſt diviſos HASSIÆ PRINCIPATUS ſoli ſubditi des Ambts Blanckenſtein / und Grund Breidenbach coram eò comparent. In *ſuperiori* PRINCIPATU HASSO-CASSELLANO autem, peculiare judicium in pago Nieder-Weimar intuitu *hominum propriorum* inſtitutum, quod vulgò das Eigen / vel Ungenoſſen Gericht dicitur. Prout etiam poſt iſtam Regionum diviſio-



meriti Miniſter Status, qui ope & conſilio ſuo ortum & incrementa inclutæ *Academiæ Marpurgenſis* plurimum promovit, cujus privilegia à Cæſare Carolo V. Ratisbonæ conceſſa, quoque attulit.

(k) *Infertâ Commentar. ad Jus Feud. Alem. pag. 598.*

viſionem, aliqualis jurium diverſitas utrobique invaluit, ità ſingula, in quibus differunt, aut à præfatà Conſtitutione tractu temporis receſſerunt, ſeorſim proſequi, nunc quidem non licet, notabiliora tamen convenienti loco indicabimus. In eo utrumque judicium adhuc convenit, quod *cenſoria* ſint, vulgò Rüge Gerichte/ & ſubditi coram iis quævis delicta perpetrata denunciare poſſint, imò ſub ſacramento Regionum Dominis præſtito teneantur.

*Idem porrò conſideratur ratione temporis.*

IV. Et primò quidem ratione temporis, quo iſthæc judicia exercentur, illud imprimis memorabile eſt, quod das Eigengericht in Eyſenhauſen/ non niſi ſub finem cujusvis ſeptennii inſtituatur, & ultima vice in *diem 16. Oct. anni ſuperioris* B. terminus iſte incidit; unde etiam das ſiebenjährige Gericht dicitur. Cum è contrario das Ungenoſſen Gericht zu Nieder-Weimar quotannis ſtato die, auff einen gebanneten Tag/ und zwar den Montag nach Ægidii exerceatur. Iſtam verò ſeptennii periodum, dudum olim obtinuiſſe, annotatio Conſtitutioni, quam exhibuimus, ſubjuncta, confirmat, indeque ſimul apparet, cauſas medio tempore ſubortas, à Scabinis ruſticis extra ordinem deciſas fuiſſe; Quamquam verò hodiè ipſi Principis *Præfecti* & *Magiſtratus*, dum *judicium cenſorium* quieſcit, in hujuſmodi cauſis cognoſcant. Quia tamen monumentum hocce, plura notabilia imprimis ratione proceſſus continet, id ipſum heic loci inſerere, non abs re viſum.

Anno

# Anno Domini MDXIII,

Haben ſich die Armen des Eigen-Gerichts vor meinem Herrn im Regiment groſſer Beſchwehrung beklagt / alſo / welcher Armer ein Eigen-Gericht behubet / daß ers mit 15. fl. kaum erlangen möge / dadurch wurden die eigen Güther verlaſſen / und der Eigenthum ſambt meines Gnädigen Herrn Obrigkeiten untergedruckt / ſolche Beſchwerung haben mein Herrn im Regiment / zu Hertzen genommen / betrachtet / und darmit das alte Herkommen gehandhabt / auch ein jeglicher Armer zu dem ſeinen kommen möge / wie hernach folget das Gericht ſo es vonnöthen iſt / zu halten befohlen / zum erſten ſo einem armen Layen das Eigen-Gericht vonnöthen ſeyn wird / ſo ſoll ein Renthmeiſter zu Blanckenſtein 7. Schöpffen / die vornehmſte erwehlen / die er im Eigen-Gericht haben mag / nemlich 3. Schöpffen aus dem Gericht Blanckenſtein nehmen / einen aus dem Gericht Dautph / einen aus dem Gericht Lohr / einen aus dem Geriche Caldern / und einen aus dem Gericht Reitzberg / darvon ſoll einem Renthmeiſter ein Orth eines Gulden werden / und nicht mehr / das Gericht zu beſtellen / und anderſt was vonnöthen iſt / ein Eigen-Knecht 8. alb. die Schöpffen zu verbotten und Gericht zu halten / und jeglichen Schöpffen 2. alb. vor ſeinen Lohn / darzu dem gantzen Gericht wie oben gemeldt ziemliche koſt / oder ob der Kläger will / einem jeden Schöpffen / Redner / Zeugen / und Eigen-Knecht / achtzehen

Jung-Heller vor ſeine Koſte / doch ob einer / ei-
ner Ruge zu Eyſſenhauſen behubet / die ſeſt und mag
man belegen nach alter Gewonheit und ſoll daſelbſt
auch mit den Koſten gehalten werden / nach An-
zahl der Perſonen die dazu gehören / auch welche
Zeit das Eigen-Gericht über ſechs oder ſieben Jahren
von wegen meines Gnädigen Herrn zu Eyſſenhauſen
zu halten / gebühren will / ſo ſollen die Schöpffen auf die
Zeit nach alter Gewonheit alleſambt verbottet werden
und die Ruge nach alter Gewonheit geſchehen in maſ-
ſen wie hiebevor geſchehen iſt worden und damit der
groſſe übermäßige Koſten dieſer Gericht halber abge-
ſtellt werde / und der Arme zu förderlichſten Ende kom-
men möge / ſo hat unſer Gnädiger Fürſt und Herr
von Heſſen / als der Lands-Fürſt geſetzt und geordnet /
daß ein jetzlicher der am Eigen-Gericht wie obgemeldt /
ſeiner Nothdurfft nach zu klagen haben würde / ſeine
Sachen mit gutem zeitigen Rath / und was zeugen
und Beweiſung darzu bedörffen würde / nothdürffti-
glich bedencken und ſeine Klage zeichnen laſſen ſoll /
und dieſelbige Klage dem Renthmeiſter überge-
ben / ſo ſoll der ſchuldig ſeyn / dem armen Mann die-
ſe Ordnunge des Gerichts treulich vorzuhalten / da-
mit er ſich geſchickt mache / alle ſeine Beweiſunge
es ſeye von Zeugen oder Brieffen zu Zeiten deß Ge-
richts bey die Hand zu ſtellen / und ſoll uf Anſuchen
des Klägers ſolche Zeugen ſo vonnöthen ſeyn werden
zu dem künfftigen Gericht beſchieden / darzu dem
Antwortter die Klage in Schrifften zu ſtellen / das
Gericht über ſechs Wochen und drey Tage und nicht
dar-

darunter benennen / und ihm anſagen laſſen / daß er dieſe Klage bedencke / ob er Gegen-Beweiſung bedörffe / darauff trachte / und mitler Zeit dem Renthmeiſter ſeine Zeugen auch benenne / damit derſelbe Renthmeiſter / die uf beſtimbte Gerichts-Tage auch vorbeſcheiden / oder ſonſt erlangen möge / und ſolche Zeugen ſollen auch geführet werden auff des Beklagten Antwortters Koſten / und alſo ſoll in einer Sach um Eigen-Guth belangend / nicht mehr dann ein Eigen-Gericht gehalten werden / und ein jeglich Theil ſich darzu geſchickt machen / daß er alles das bey der Hand habe das er genieſſen und entgelten will / würde dann ein einig Theil appelliren / ſoll dieſelbe appellation an das Hoff-Gericht geſchehen / und gleichwohl nach Ausweiſung der Ordnunge des Eigen Buchs / und Gerichts am ſelbigen Hoff-Gericht gehandelt und geſprochen werden. Es ſoll auch ferner am Hoff-Gericht kein ſonderlich Proceſs gehalten oder gar neues fürbracht / ſondern ſtracks die acta primæ inſtantiæ producirt / von beyden Theilen repetirt und darauff geſchloſſen werden. Es wäre dann daß der Procurator und im fall auch das Hoff-Gericht würden befinden / daß ſich ein Theil am Eigen-Gericht mit der Beweiſſunge vielleicht aus Einfalt / oder Kürtze der Zeit geſaumbt hätte / und in dem Fall ſoll der Procurator ſein Nothurfft articuliren / das Gericht dieſelben zu laſſen und darauff wie ſich gebühret fürterliche Beweiſſunge und Erörterunge geſchehen. Es wäre dann daß ſich in den Acten primæ inſtantiæ ein ſolche Nöthigkeit befünde / derhalben nach Ordnung des Hoff-Gerichts die erſte

Handlung nit zu ſalviren oder zu behalten/ ſondern auffgehoven werden muß/ dieweil dann in dem Fall die Sache an das Hoff-Gericht erwachſen/ ſo ſoll man dann auch fürter den Proceſs nach laut deſſelben Hoff-Gerichts Ordnung halten. Geben im Jahr und Tag wie vorſtehet.

*N. & ratione forma.*

V. In forma & formulis utrique judicio zu Ober-Eyſenhauſen & Nieder-Weimar conſuetis, ſimplex proceſſuum ratio, majoribus noſtris uſitata, & alia priſtini moris veſtigia, admodum luculenta occurrunt; quæ ſingula tamen penitius conſiderare, nunc quidem non licet, cum ea, quæ in ſuperioribus, pro fundamento jaciendo adduximus, nimis jam excreverint. Illud ſaltèm hîc obſervamus, utrumque judicium ſub diô adhuc celebrari, & prius quidem: auff einem/ über dem Dorff Eyſenhauſen gelegenen Berg/ Der Knotten-Berg genant/ woſelbſt eine Hütte/ von Bircken-Sträuchen mit zweyen thüren auffgerichtet wird. So dan wird ſelbiges von einem zeitigen Renthmeiſter zu Blanckenſtein/ gleich andern Schöpffen Gerichten geheget/ und angekündiget/ in Beyſeyn des Ambt-Schultheiſen/ von Breidenbach/ eines Gericht-Schreibers und XXIV. Gericht-Schöpffen. Vor ſelbigem müſſen alle Heßiſche Leibeigene aus dem Ambt Blanckenſtein und Grund Breidenbach erſcheinen; Alterum vero judicium zu Niderweimar/ inſtituitur in ipſo pago unter der Linde/ und wird ſelbiges von dem Gericht-Schultheis zu Lohr geheget/ es müſſen auch dabey alle Heßiſche Leibeigene (l) Schöpfen aus dem Reizberg/

(l) Scabinos ſervili conditione affectos & aliis in locis ejus-

berg/ Gericht Caldern/ Lohr/ und Frohnhauſen/ niderſitzen. Ut adeò CONRINGII obſervatio (m) *Scabinos vix amplius, quàm in urbibus reperiri, eorum autoritate per agros deletâ, alicubi tamen etiam per agros antiquiſſimum illum ordinem ſupereſſe*: & ex hoc noſtro exemplo illuſtrationem accipiat.

Homines proprii *extra familias ſerviles ejusdem Domini matrimonium contrahere prohibentur.*

VI. Adſtricta *hominum propriorum* conditio & in eo ſe exſerit, dum extra familias ſerviles, eidem Domino mancipatas, matrimonium contrahere & in Haſſia prohibentur; in eoque primaria ferè *judicii cenſorii* cognitio vertitur. Imprimis verò iſta prohibitio, eas *fœminas ſerviles* reſpicit, quæ in diſtrictibus nonnullis, ſuperioritate territoriali ubique ſalva (n) *Equeſtribus Familiis* obnoxiæ ſunt. Cum enim jam temporibus FRIDERICI I. regula illa in Germania obtinuerit, quod utraque proles matrem, non patrem, ſeu (ut Romanæ leges exprimunt) partus ventrem ſequatur, (o) in Haſſia certè expediti juris ſit; atque adeò non ſine inſigni jurium & præſtationum confuſione aut diminutione, ejusmodi matrimonia cum fœminis alterius poteſtati dominicæ ſub-



ejusmodi judiciis aſſidere obſervavit *Autor* der Lindauiſchen Ausführ. *pag. 844.*

(m) *Exercit. de Judiciis Reip. Germ. juncto* BRUMMERO *de Scabinis Cap. fin.* SCHOTTELIO *de ſingular. & antiqu. Germ. juribus, paſſim.*

(n) Quâ ratione jus circa *homines proprios* intuitu ſummæ poteſtatis &, quæ illi analogicè reſpondet, ſuperioritatis territorialis ſe habeat, & *homo proprius* alterius dominio ſubjectus, nihilominus Territoriali ſuperioritati ſubeſſe queat, egregiè demonſtravit HERTIUS *d. Diſſert. Sect. III. §. 2.*

(o) Aliud tamen, intuitu Sclavorum imprimis, aliis temporibus in Germania obtinuiſſe, teſtatur *Weichbild. Magd. art. 3.*

ſubjectis, contrahi poſſint; ejusmodi incommodis (p) iſta prohibitione obviam itum. Illi autem, qui legibus migratis, de facto, alienigenis fœminis ſeſe jungunt, matrimonio in ſua firmitate perſiſtente, quam diu uxor vivit, certâ pœnâ admiſſum luere tenentur; & quidem jurisdictioni *cenſorii judicii* in Ober-Eyſenhauſen ſubjecti, quovis ſeptennio, ſtatô judicii die *thalerum*, qui verò judicio in Nider Weimar ſubſunt, quotannis *quatuor albos Caſſell:* perſolvunt, & ab his præſtationibus non niſi cum morte uxoris liberantur. Hujusmodi animadverſionem jam antiquioribus ſeculis in Germania uſitatam fuiſſe, teſtis eſt VADIANUS (q) quando ait: *Francis veteribus & Alemannis noſtris, matrimonia invitis dominis contracta, rata quidem erant, ſed impunia non erant; unde fiebat ut de conſenſu domini haud admodum ſolliciti eſſent in paciſcendis conjugiis, qui vel alienis ſervitiis, vel liberis hominibus ſe copulâſſent, tutò ducebant & nubebant, qui de mulctâ ſolvendâ ſemel deliberaſſent; mulctæ ipſæ variæ erant, & libertatem nonnunquam amittebant ingenuæ mulieres, quæ ſervilibus nuptiis ſe contaminâſſent.* An vero ea, quam diximus, conjugii reſtrictio, cum libertate Chriſtiana conſiſtere poſſit, jam olim in dubium vocatum fuiſſe, idem ille *Conſul St. Gallenſis*, vir pietate, prudentiâ, & moris patrii peritiâ inſignis, *d.l.* teſtatur, ſimulque propoſitam quæ-

(p) Neque enim quod in *Diplom. Alemann. 1. & 2.* apud GOLDASTUM *Tom I. rer. Alem.* legitur, *ſi diverſis dominis ſervientes, ſine ipſorum voluntate matrimonium contraxerint, liberos æquali partitione utrique domino cedere*, majoribus noſtris peræque placuit.

(q) *In Epiſt. de conjugio ſervorum apud eundem Goldaſt. Tom. III.*

quæſtionem egregiè reſolvit; diſtinguit, nimirum, utrum dominus omninò permittere nolit, ut ſervi vel inter ſe, vel ex familiis alienis, vel etiam cum liberis hominibus matrimonium contrahant & *hoc caſu*, ait, *non licere dominis ſervitia penitus arcere à conjugii jure*; an verò iſta domini prohibitio eò ſaltèm tendat, ne alienis perſonis, hoc eſt extra ſerviles, ſui dominii familias, conſtitutis jungantur: *hoc poſteriori caſu*, pronunciat, *ſervos & ancillas, etiam Divino jure teneri, ne invito domino iſtis ſe jungant, cum ad Epheſ. Cap. VI. & Coloſſ. III. ſervi jubeantur obedire dominis juxta carnem per omnia, nec SS. adverſa jubeat is, qui matrimonia non tollit, ſed pro dominii ſui ratione quodammodo coërcet & ordinat, cum enim communi lege obtinente, proles ventrem ſequatur, ex iſtiusmodi extra familiam ſervilem initis conjugiis, magnæ ſæpe turbæ oriantur, integris etiam civitatibus motæ.*

*Nec bona pro lubitu alienare valent.*

VII. Bona *hominum propriorum*, quod attinet, nec illa ſecundùm Conſtitutionem ſupra datam, à nexu ſervili immunia eſſe, ex §. *1.* ſatis apparet, diſponitur in eo, quod *homo proprius* poſſeſſiones ſuas in præfectura Blanckenſteinenſi ſitas, non niſi ſub certis conditionibus alienare queat. Conditiones verò ſunt ſequentes: ut bona ſua urgente neceſſitate alienaturus, offerat (1) ſeinen Erben und Gan-Erben utrum ſpem ſucceſſionis pretio redimere velint, (2) his deficientibus, aliis *hominibus propriis* ſub eadem dominica poteſtate exiſtentibus, ſeinen Genoſſen. Denique (3) & his eadem emere nolentibus, verò Dominô ſuô, ejusque Præfectô in Blanckenſtein. Si autem hi omnes nec emere nec pecuniâ mutuo data ipſi ſuccurrere velint, literis à Judicio deſuper acce-

ptis, *homini proprio* conceditur eadem ſinè mora alienare; hoc ordine poſthabito, rem judicio cenſorio à legitimis heredibus denunciandam, & bona hæredibus reſtituenda eſſe, emptori quoque venditorem, qui hîc der Hauptmann dicitur, ad evictionem præſtandam teneri. Illud quoque memorabile eſt, quod juxta memoratæ *Conſtit.* §. 6. 7. die Uſſkinder à poſſeſſione bonorum paternorum excluduntur; hoc nomine autem eos potiſſimùm intelligi, qui ex matrimonio cum fœminâ, Nobilium poteſtati dominicæ ſubjectâ, prognati ſunt, ex ipſo §. & aliis monumentis apparet; hi tales, inquam, jubentur proximis cognatis ſo Herrſchafftliche Leibeigene ſeynd bona paterna cedere; quod ſi verò deinceps, eandem conditionem ſubeant, wann ſie zu Genoſſen werden/ intra triginta annos, bona iſta recuperare poſſunt.

*Præſtant quotannis* die Beed und das Beedhuhn.

VIII. Pergimus ad præſtationes *hominum propriorum*, quibus, dum vivunt, quotannis defunguntur. Conſiſtunt illæ, præter operas indeterminatas, in certa pecunia der Beed und dem Beedhuhn/ (q) ipſa verò quantitas der Beed in multiplici differentia eſt; & hæc diverſitas, partim ab arbitrio domini dependet (planè ut jam antiquiſſimo ævo, frumenti, pecoris aut veſtimenti, modum, pro beneplacito domini ſervo injunctum fuiſſe, ex *Tacito* ſupra vidimus) partim verò diviſionibus, venditionibus, aliisque mutationibus, quæ tot ſeculorum decurſu intervenêre, inducta fuit. Hinc tot nominibus hæ præſtationes apud noſtrates diſtinguuntur, videlicet Blanckenſteiner / Dernbacher / Wetter/

(r) Et judice STAMMIO de ſervitute perſonali *Lib. III. cap. 22. §. 3.* certiſſimum hominum propriorum indicium præb (n

teriſche / Bidencapper / Lohriſche / Weimariſche / Ebsdorffer / Rodenholer / Allendorffer / Grun-berger / Königsberger / Ulrichſteiner / Buckzemün-der / Hotzvelder / Homburger / Gieſer Beed ꝛc. & hæ diverſæ quantitates non tantùm in loco, unde nomen ſortitæ, obtinent, verùm etiam in aliis diſtrictibus; adeò, ut maritus & uxor, non rarò diverſis præſtationibus adſcripti reperiantur. Frequentior tamen eſt die Blanckenſteiner Beed / in quâ conſtituti conjuges quotannis ſolvunt 2. Caſſel. alb. 6. pfenn. und ein Beed huhn / welches mit 2. Caſſel. alb. 3. pfenn. bezahlt wird. Viduus eadem præſtatione defungitur. Vidua autem tantum præſtat das Beedhuhn. Cœlibes, ab iſtis præſtationibus pecuniariis his in oris immunes ſunt, poſt mortem tamen ex ipſorum bonis mortuarium debetur.

IX. Succedit mortuarium, die Thädigung des beſten Haupts / de cujus origine, diverſisque nominibus pridem ab aliis dicta hûc repetere nolumus. (s) Id ipſum maximo cum rigore in pluribus Germaniæ regionibus olim exactum fuiſſe, iis quæ SCHOTTELIUS adduxit, docemur. Majorem quoque humanitatis laudem, jam antiquioribus temporibus Haſſiam promeritam eſſe, dum in illa, non tertia bonorum pars, non equus aut veſtimentum quod melius, ſed modica ſaltèm pecuniæ ſumma, in vicem mortuarii, ab hæredibus *hominis proprii* præſtetur, STAMMIUS (s) obſervavit; Iſta quantitas, pro modo & modulo facultatum, à Præfectis cujusque loci definitur.

*Ut & poſt mortem*, die Thädigung des beſten Haupts.

X. Quem-

(s) Vid. SCHOTTELIUS *de ſingular. & antiqu. Germ. juribus, cap. 1.* POTTGIESSER *Lib. III. cap. VI.*

*In nonnullis Hassiæ partibus*, machet die lufft leibeigen.

X. Quemadmodum etiam de reliquis Germaniæ regionibus teſtatur MEVIUS (t) non tantùm nativitate, in progeniem hominum propriorum, ſervilem conditionem tranſire, ſed etiam liberâ voluntate hodienum hominem proprium quem fieri poſſe. Ità idem omninò in illis Haſſiæ diſtrictibus & præfecturis potiſſimùm uſuvenit, in quibus omnes omninò incolæ, ſervitutem ſubire tenentur, & ubi, quod vulgò dicitur, die Lufft leibeigen machet. (u) Etenim ex §. *9. 10. 11. 12. 13.* laudatæ Conſtitutionis apparet, omnes in Haſſiæ præfecturis ibidem memoratis, conſidentes, undecunque venerint ad inſtar Wildfangiorum conditioni ſervili adſcribi. Imò ex verbis §. *9.* oder in andere unſers Gnädigen Herr Gerichte / latius adhuc jus iſtud ſe protendere colliges. Certè in præfecturis des Breidenbacher Grunds / ut & dem Gericht Reitzberg idem adhuc obtinere, aliunde conſtat.

*Spurii & hermaphroditi ſervili conditioni adſcribuntur.*

XI. Eidem conditioni §. *16.* adſcribuntur omnes *ſpurii* & alii *illegitimi*. Planè ut ſpurios olim in quibusdam regionibus Imperatori obnoxios factos indeque Königs-Kinder dictos eſſe HERTIUS (x) annotavit; Idque in Præfecturâ Blanckenſtein / de quâ §. loquitur, non ſolùm, ſed & in aliis Haſſiæ partibus

(t) *d. l. Lib. III. cap. 22. §. 7. 8.*

(u) *Parte VI. Decis. 335.*

(x) Planè ut de Algovia, nec non quibusdam Wetteraviæ partibus, præſertim illa regione, quæ à nemore quodam der Hüttenberg dicitur HERTIUS teſtatur *Opuſc. Tom. I. Vol. 3. parœm. lib. 2. pag. 608.* & nos de Principatu Hohenzollern ſupra indicavimus.

hucdum obtinet. (z) Illud verò planè inſolitum videbitur, quod *hermaphroditi* quoque hominibus propriis annumerentur. Id ipſum tamen ex antiquiſſimâ conſuetudine profluxiſſe videtur; etenim in *ſpeculo Saxonico* (a) legitur: Uppe Aldefil und Dwerge en ſtervet leen noch erve/ ubi nomen Aldefil perperam in latina verſione per *nanum* expreſſum eſſe, ac nihil aliud denotare, quam Alteviel/ ſive Allzuviel/ *hermaphroditum*, qui nimis habet, & utrôque ſexu gaudet, rectè obſervavit SCHILTERUS (b) Exinde autem apparet, apud Germanos non



(y) *d. diſſert. Sect. III. §. 3.*

(z) Et quidem in dem Ambt oder Grund Breydenbach Domino Territorii ſervili nexu mancipantur omnes *ſpurii*, ſive in territorio iſto nati fuerint, ſive aliunde advenerint, perinde ac circa *VVildfangios* Palatinatus ſibi aſſerit. Officiali Palatino dem Ausfauth/ quodammodo ſimilis fuiſſe videtur der Eigen-Beedheber/ qui circa initium ſuperioris ſeculi adhuc, in hoc Principatu *hominibus propriis*, & reditibus inde provenientibus præfectus fuit. Quando autem in *d. §.* die Münch- und Paffen-Kinder ſeorſim memorantur; id ipſum ex veteri formulâ retentum fuit; perinde ac *Jus Prov. Saxon. Part. IV. tit.* von Wehrgelds Unterſcheid/ eosdem *ſpuriis* contradiſtinguit, & ibidem addit: Nun mercke hie/ worum er ſpricht Paffen Kind/ und die unehlich gebohren ſind/ dann Paffen-Kind ſind ja unrecht gebohren; Sprich er habe hie nicht zu viel Worte geſagt/ ſondern er will/ daß man hie wiſſe unehlicher Leute Unterſcheid/ dann wiewohl alle Paffen-Kinder unehlich ſind/ jedoch ſo ſind alle unehliche Kinder/ ſo unehlich nicht/ als Paffen-Kinder ꝛc. Certè integro ſexennio ante promulgatam iſtam Conſtitutionem PRINCEPS MAGNANIMUS omnia monaſteria per univerſam Haſſiam jam tranſmutaverat, atque adeo de alienigenis in Haſſiam venientibus *d. §. 16.* potiſſimùm intelligendus. Add. GONZALEZ *ad Cap. 1. X. de Filiis Presbyterorum*, ubi memorat ejusmodi illegitimos in Concilio Toletano, Eccleſiæ in ſervitutem addictos fuiſſe.

(a) *Lib. I. art. IV.* (b) *Ad Jus F. Alem. cap. 63.*

minus ac alios populos, *hermaphroditos*, monſtris naturæ annumeratos, ſimulque ad reliquorum civium jura admiſſos non fuiſſe.

*Ex ſupra dictis infertur,* Homines proprios in Haſſia *non liberis,*

XII. Quod ſi jam porrò hactenus dicta, in unam ſummam colligamus, ſepoſitô auctoritatis præjudiciô, non adeò difficile erit definire, num illi, qui *homines proprii* hodie dicuntur, & magno numero in *Haſſiâ* extant, cum nominis mutatione, omnimodam ſtatûs mutationem jam olim ſubierint. An, inquam, hi tales, perinde ac homines proprii in aliis Germaniæ regionibus, ex B. DN. STRYCKII (c) ſententiâ, liberis hominibus accenſendi: An verò cum B. DN. HERTIO (d) genus hominum, fluctuans inter liberos & ſervos dicendi: An potius cum *Illuſtri* DN. THOMASIO, POTTGIESERO & aliis, cordatè fatendum ſit, eos ſervili conditione hodienum affectos, imò ſervos eſſe? Quamquam enim STAMMIUS, (e) diſertè affirmaverit, *homines proprios in Suevia & Haſſia liberrimam bonorum ſuorum adminiſtrationem habere, nomine proprios, re ipſa verò liberos eſſe*; & ab aliis obſervatum ſit, *homines proprios nuſpiam liberius vivere, quàm in Haſſia & Inſula Rugia.* Certè benigniores Dominos his in oris experiantur, (f) quàm in Ger-

---

(c) *Uſu Pandect. Mod. Tit. de Statu Hom.*

(d) *d. Diſſert. Sect. II. §. 2.*

(e) *de Servit. Perſ. Lib. III. cap. 17.*

(f) Inter plures alias differentias, hanc ſaltèm notare placet, quod in Pomerania & viciniâ, ſponſalia ſine conſenſu domini contracta ſint nulla, & libera perſona homini proprio ſeſe jungens, propria fiat, Mevius *Part. V. Deciſ. 129.* Et von Abforder. der Bauers-Leute *Quæſt. 2. num. 160.* quæ omnia in Haſſiâ

Germania inferiori. Dura, quæ apud Romanos obtinebat, ſervorum conditio, apud nos inaudita. Ipſis aliqualis circa bona, quæ poſſident, diſpoſitio relicta, proindeque contractuum & teſtamentorum jure hactenus fruantur. Ea quoque apud priſcos Haſſiæ JCtos invaluerit perſuaſio, ac ſic ſervitus Germanis omni tempore incognita, & ſi quæ unquam obtinuerit, abrogata aut certè abroganda fuerit.

XIII. His omnibus tamen parum obſtantibus, *homines proprios* in Haſſia ex priſtino ſervorum numero ſuperſtites, & revera adhuc ſervos eſſe, aſſerere nulli veremur. Etenim, prout, à Viris prælaudatis probè obſervatum, totam illam aſſertionem de ſervitute inter Germanos & reliquos Chriſtianos, penitus abrogata, fabulam eſſe, cum hactenus nulla ejusmodi lex produci potuerit. Ità idem omninò de Haſſiâ tamdiu dicendum, *Sed ſervis hodienum accenſendos eſſe.*



ſecus ſe habent; de validitate ſponſaliorum ſupra vidimus. De liberâ perſonâ homini proprio ſe jungenti, addimus ſequentem Haſſiæ conſuetudinem. Wann ein Leibeigener eine freye Weibs-Perſon heurathet / und im Ambt ferner gedultet wird / entrichtet er vor ſich die Beedte / die Frau aber iſt zwar gehalten jährlich ein Schutz-huhn zu geben / doch nach dem Tod wird von ihrer Verlaſſenſchafft die Thätigung des beſten Haupts nicht gefordert.

(g) Ad ea, quæ ex *Bodino*, *Conringio*, *Arniſæo* & *a iis* in contrarium allegantur, ſolidè reſpondit DN. THOMASIUS *d. Diſſert. de uſu pract. diviſ. hom. in lib. & ſervos cap.* 2. Ubi etiam decur bello inter Chriſtianos capti, non amplius in ſervitutem detrudantur, accuratè expoſuit. Et quamquam à ZOESIO *ad Tit. Inſtit. de his qui ſui vel alieni juris*, ex MOLINA *de Juſt. & J Tract. 2. diſp. 35. num. 1.* relatum inveniamus, CAROLUM V. *tuliſſe legem ut omnes homines libertate donarentur, nullusque deinceps ſervituti ſubjiceretur*, iſta tamen Conſtitutio hactenus nuſpiam viſa, certè ad homines proprios in Regionibus Germaniæ, ſi vel maximè lata eſſet, ſe non extendit.

dum, donec contrarium probetur. Ipſum illud aſſertum, multiplici errore involutum eſt, ac ſi origo ſervitutis vitioſa eſſet, & SS. adverſaretur, cum potius certiſſimum ſit, eam cum libertate Chriſtiana ſatìs conſiſtere poſſe, quin & plurima incommoda ex promiſcuis manumiſſionibus in ipſam Remp. non minus ac privatorum domos redundâſſe. Tum & hoc gratìs ſupponitur ac ſi natura ſervitutis unicè ex Romanorum inſtitutis dijudicanda, & ad illam normam omnia metienda forent; in quo tamen ipſe TACITUS magìs cuſtoditè proceſſit, qui etſi probè perſpiceret, ſervos Germanorum cum Romanis non convenire, eosdem tamen ſervorum nomine & loco habendos eſſe, cenſuit, à quibus, quàm parum hodierni homines proprii differant, ex ſupradictis palàm fit. Ipſum quoque Jus Rom. agnovit diviſionem hominum in liberos & ſervos moribus Gentium originem debere, & ſic inter Gentes diverſas, ſervorum conditionem non unam eandemque eſſe poſſe. Exiſtentia quoq; *hominum propriorum* in Haſſia, (qui in monumentis patriis Eigene/Leibeigene/arme Leute/arme Layen dicuntur) errori convincendo, vel ſola ſufficeret, cum utique contradictionem involvat, hominem proprium, & tamen liberum eſſe, ein freyer Menſch und doch leibeigen zu ſeyn. Nec ſolùm ità dicuntur, ſed etiam Dominum habent, in cujus proprietate exiſtunt, & à quo in alium transferri poſſunt. Ut ut ergo contrahant, per ultimam voluntatem de bonis ſuis diſponant, & in aliis quoq; ipſorum conditio olim fortè adſtrictior fuerit, quàm hodie eſt, hæc omnia tamen à voluntate & conceſſione Domini unicè dependent. Præterea ex ipſo jure Rom. notum, quòd gradus ſervitutis, non variet ſpeciem, & quod adſcriptitii, quamvis melioris conditionis fuerint ac reliqui ſervi, iisdem tamen annumerari haud deſierint. Et quan-

quam ſub *Conſtantino M.* & aliis Impp. Chriſtianis, inſtituta & jura Rom. circa ſervos, prout ex *Codice Theodoſ.* conſtat, haud parum alterata fuerint, nemo tamen, ſervitutem planè abrogatam fuiſſe inde colliget.

XIV. Ab hâc ſervili conditione *homines proprii* in Haſſiâ, obtentâ manumiſſione liberantur, quæ tamen à PRINCIPALI Gratiâ unicè dependet; ſolet quoque Officialibus prius injungi, ut in precum veritatem, & facultates hominis proprii inquirant, relatione verò præſtitâ, & manumiſſione clementer conceſsâ, manumiſſus codicillos deſuper accipit, Einen Erlaß-Brieff / Loslaſſung / Mann-Recht / quorum exemplum hic daremus, niſi id ipſum jam præſtitiſſet MALCOMESIUS *ad Ludvvell. in Weſemb. tit. ff. de ſtatu hom.* in illis ſequens clauſula imprimis memorabilis: Da er ſich aber hiernechſt wider in Unſere Lande/ an Ort und Ende/ da wir Leibeigene haben begeben würde / auf ſolchen Fall / ſoll uns derſelbe wie zuvor mit der Leibeigenſchafft verbunden ſeyn. Si verò ſine manumiſſione & licentia, à Domino ſuo obtentâ, aufugerint, vindicantur, retrahuntur, & bona ipſorum detinentur. Quæ ſingula, ne modum Academicæ Diſſertationis excedamus, latius nunc quidem non proſequimur. Et quod reſtat, DEO T. O. M. pro aſſiſtentia & benedictione ſtudiis noſtris clementiſſimè hactenus præſtitâ, gratias perſolvimus devotas. *Libertatem ipſis præſtat manumiſſio.*

FINIS.

Corollaria.

# Corollaria.

I.

QUi *Jus circa Sacra, ceu partem civilis Imperii, ſub nomine Juris Epiſcopalis comprehendunt, illius majeſtatem & ambitum hâc denominatione haud exprimunt.*

II. *Eccleſia non conſtat ex triplici ordine* dem Lehr-Nehr- und Wehrſtand / *ut ut perſonæ in triplici hoc ordine conſtitutæ ſint in Eccleſia & rectè ejus membra dicantur.*

III. *Nec forma Reipublicæ, eidem propriè adſcribi poteſt.*

IV. *De jure Canonico ex pacto nudo datur actio.*

V. *Quanquam dominii litis, quod in procuratorem de Jure Rom. tranſit, in LL. Imperii & Ordinationibus Judiciorum mentio fiat, quodſi tamen ad effectus, inde reſultantes, reſpiciamus, apparebit eorum vel planè nullos, vel paucos in praxi ſupereſſe.*

VI. *Negativa directò probari poteſt, & ab eo, qui in illa ſe fundat, probari debet.*

VII. *In dijudicandis probationis viribus, non primario ad numerum teſtium & accidentales eorum qualitates externas reſpiciendum, nec affirmantes negantibus preciſe præferendi.*

VIII. *Doctrina vulgata, ſententiam contra matrimonium latam non tranſire in rem judicatam, ex perperam intellecto Jure Canonico ſubnata, idoneo fundamento deſtituitur.*

SI natale ſolum mira dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui;
Miramur meritò, *Patriæ* cur dulcia Jura
*P*aucos, haud cunctos ad ſua vota trahant?
Nil equidem Juri *Latii* dememus honoris,
Quippe tenet magnas utilitatis opes.
Utilitatis opes hæ conſpiciuntur ubique
Per fora, perque ſcholas, compita, tecta docent:

Non

Non tamen exhaurit *Patriæ Germanica* Jura
Omnia, quæ multum perdidiciſſe juvat.
Unde erit is felix, TECUM, *Doctiſſime* GOY,
Qui *Latii* & *Patriæ* jungere jura ſtudet.
Huic ſeſe Themidis pandunt ſacraria ſponte;
Sponte fluunt Leges, ſponte paratur honos.
Plura loqui ceſſo: loquitur TUA pagina cantans
Ingenio laudes uberiore TUAS.
Reſtat, ut in plauſus abeat pia Muſa ſonoros,
Quò virtute TUA præmia digna feras.

*Nobiliſſ. & Doctiſſimo* DN. GOY *Iurium Candidato benemeritiſſimo, Auditori & Domeſtico chariſſimo, de tranſacta feliciter Academica vita gratulatur, & condignam meritis fortunam animitus apprecatur,*

Diſſertationis PRÆSES.

---

EST *cultus Themidis* ære perennior,
Regalique ſitu pyramidum altior,
Quem non imber edax, non aquilo potens
Poſſit deſtruere, aut innumerabilis
Annorum numerus. Qui *ſtudia* hæc *colit*,
Non unquam moritur: poſt obitum quoque
Floret laude recens, nec cariem videt,
Tendens cum celebri nomine ad æthera.
Ergo, DOCTE GOY, chare ſodalium,
Qui in *cultu Themidis* clarus & inclutus,
Quot, quæ & quanta TIBI præmia erunt bona!

*Ita Nobiliſſ.* DN. GOY, *Amico inter paucos maxime dilecto gratulabundus applaudere voluit*

JOH. CAROLUS CRANZ,
*Hanovienſis*, Opponens.

---

NUnc eſt ovandum: nunc lyra libero,
Pulſanda plectro: plaudite carmina:
Nunc barbito, ſuavique plectro
Egregios iterate cantus.

Eſt gratulandum fortibus auſibus,
Quos jam ſubivit noſter amor, GOY,
Dum diſſerit multô decore
De ſtudiis *Themidis* ſacratæ.
Faxit ſupremum Numen, ut omnia
Ex aſſe votis conveniant piis.

*Metrum hocce votivum Amico in paucis Chariſſimo addere debuit*

JOH. HENR. SCHATTEMANN,
*Landavienſis*, Opponens.

---

VOtis & fidibus placet
Decantare novis; lætitiâ & diem
Hanc conſumere debitâ,
Qua, mi CHARE GOY, ſplendida pulpita
Aſcendis THEMIDOS piæ.
TE mores decorant, ac *ſtudia* induta,
Nec non aſſiduus *labor*.
Fortunata ſiet *laus*, precor, hæc TIBI,
Nec deſint bona præmia,
Creſſis ne careat pulcra dies notis.

*Metrum hoc Votivum gratulans cecinit*

J. P. d'ORVILLE.

---

FAs & jura ſinunt, ut munera debita claris
Conveniant factis. Specimen, quod pagina docta
Exhibet hæc, clarum eſt factum. Quis ſubneget ergo,
Alma Themis quòd non quàm plurima munera ſolvat?
Solvet, CHARE GOY, laudes, nomenque perenne.

*Pauca hacce Amico dilectiſſimo gratulabundus adjicere voluit.*

J. M. SONDERSHAUSEN,
*Francof[...]aſis*

Marburg, Diss., 1708-18
f
ULB Halle 3
004 774 71X
TA-70L
nur 6 verknüpft
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-187455-p0067-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-187455-p0068-0

Br. 28. num. 39.
15
1716, 1.

DISSERTATIO JURIS PATRII
DE

# HOMINIBUS PROPRIIS HASSIACIS,

Von
Heſſiſchen Leibeigenen/
QUAM,
D. O. M. A.
Sub Præſidio
JOHANNIS WILHELMI WALDSCHMIEDT,
U. J. D. PROFESSOR. JURIS & PHILOS. PRACT. ORDINARII,
*In Auditorio JCtorum*
Ad diem 2. Julii MDCCXVI.
*Publicæ Eruditorum diſquiſitioni ſubmittet*
A. & R.
CHRISTIAN. FRIDERICUS GOY.

*MARBURGI CATTORUM,*
Typis PHILIPPI CASIMIRI MÜLLERI, Acad. Typ.

KÖNIGL. UNIVERS. ZU HALLE
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-187455-p0069-9